INDEX MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECÆ AUGUSTANÆ

Cum

ADPENDICE DUPLICI,

PRÆMISSUS

HISTORIÆ LITERARIÆ & LIBRARIÆ IBID.

à

M. ANTONIO REISERO,
N. T.
ILLUSTRIS REIPUBL.
BIBLIOTHECARIO &c.

SUMTU
THEOPHILI GOEBELII.
TYPO
JACOBI KOPPMAIERI.
M. DC. LXXV.

QUÆQUE VIRI DOCTO
VETERES FECERE NOVIQUE
PECTORE, LECTURIS INSPICIEN-
DA PATENT.

VIRIS
Proſapiæ & Familiæ Splendore,
Officiorum Dignitate,
Meritorum Gratia

Illuſtribus, Generoſis, Illuſtriſſimo, Perſtrenuis,
Nobiliſſimis, Magnificis,
Ampliſſimis,

Reipublicæ Auguſtanæ
DN. DN.
Præfectis Duûm-Viris,
S. Cæſ. Majeſtati à
Conſiliis,

DN. DN. Septem Viris,
& Conſulibus,
Totique
Senatorum Collegio
Ut &
Conſiliariis Reipublicæ
Graviſſimis,

Patronis & Fautoribus
rei Literariæ & Librariæ
æſtimatiſſimis

Indicem hunc Sacrum eſſe vult
cum humili Studiorum oblatione

Editor.

PATRES PATRIÆ,

Patroni opere magno Colendi,

AUGUSTA ſemper res eſt viſa, ad Reges, Principes, Rerumq; publicarum illuſtrium Magiſtratus pertinens quam maximè, *Bibliothecarum* ad uſum communem collectarum cura; easdemque conſervandi & debitis cum augmentis illuſtrandi ſollicitudo. Exemplis veterum id dare probatum, judico in præſens minimè neceſſarium, quia poſt *Lipſium* non paucorum calami in eorum recenſione prolixiſſimâ & pluribus cum Elogiis, ratione Meritorum id exigente, conjunctâ fuerunt occupati. Crevit autem hoc ſtudium, non tantæ videlicet, ut anteâ, difficultatis, poſtquàm Seculis poſterioribus reſervatum Cœli Munus egregium, Artem dico Typographicam, rei literariæ & inprimis chriſtianæ Currus &

Auriga,

Auriga, plurima ſuppeditavit ſubſidia, & alas quaſi addidit Artibus & Scientiis feliciter refloreſcentibus, atque ad priſtinum nitorem cum adplauſu bonorum DEI gratia properantibus. Non ita tamen, ut ratio tantùm fuerit habita librorum typis impreſſorum, quamvis hi numerum facerent potiorem & maximum, Editionibus variis, antiquis pariter & recentioribus collectis; ſed Codices etiam *Manuſcripti* ſtudio ſingulari, & ſumtibus non paucis hinc indè collecti fuerunt, eum in finem, ut quæ nondum eſſent in omnium manibus, ac publicè legerentur Eruditorum Scripta, ope typorum fierent communia, per Amanuenſes antehàc infinito cum labore, nec minore tædio deſcripta. Quorſum alter etiam acceſsit uſus, ut, ſi fortè hoc vel illud opus ob Exemplaris, quod adhibebatur, à manu deſcriptoris non adeò eruditi corruptionem ſuis laboraret defectibus, plurium *Manuſcriptorum* Codicum inſtitutâ collatione neceſſarium adhiberi poſſet remedium, Authoribus

que meritiſsimis integra facies reſtitui nitorque. Ne procul eam, aliaque huc non pertinentia congeram, Inſtituti præſentis jubet ratio; ad vos enim, *Patriæ Patres*, Patroni opere magno colendi; perbrevis nunc meus fertur Sermo, prolixior futurus, niſi inconſultum videretur, veſtras pro publicæ rei bono conſultationes morari diutius. Ad ejus nimirum vos vocavit Reipublicæ gubernacula Numen Supremum, cujus fama à plurium Seculorum decurſu, in orbe Europæo, ob rariora non unius generis ornamenta, alibi conjunctim vix videnda, ore multorum, ſed & pennâ celebratur. In admirationem rapit ſpectatores & domeſticos & peregrè advenientes Curia, *Publico Conſilio* & *Saluti publicæ* à laudatiſsimis Anteceſſoribus veſtris conſecrata. Suſpicit, cuicunque datur adire, Armamentarium, *Pacis firmamento* & *Belli inſtrumento* dedicatum. Turres hydrophylacticas qui adſcendunt, artis elegantiam pariter & methodum non ſatis queunt deprædicare. Aliorum in

publico

publico ædificiorum ornatu ſingulari ſplendidorum, Hortorum in- & extra urbem delitias, variorum in omni genere Artificum oculi feria, quæ ad remotiſsimas etiam gentes exportantur, recenſere ſuperſedeo. *Bibliothecam* non impreſſorum modò librorum, eorumque optimorum & rariorum, ſed Codicum quoque *Manuſcriptorum*, & præprimis Græcorum copia abundantem, cujus inſpectionem & curam non ita pridem mihi commendâſtis, nunc vobis ſiſto in Epitome brevi, integram ſuo tempore & ordine novo exhibiturus, ubi Pace è Cœlo reduce Favor veſter ad illud me ſtudium incitabit. *Matthias Berneggerus*, celeberrimus antehàc in Univerſitate Argentinenſium Profeſſor, *Julii Cæſaris*, primi Romanorum Imperatoris auguſtiſsimi in colligendis Romæ Bibliothecis Inſtitutum ad *Suetonii* deſcriptionem illuſtraturus, verbis ſequentibus primos Bibliothecæ hujus Auguſtanæ authores laudavit: *Sub Annum* CHRISTI M D XXXVII. *vixit Auguſtæ* Xyſtus

Betule-

Betulejus, *qui diu Scholam Annæam rexit cum laude, cui negotium eſt datum, ut Codicibus melioribus conquiſitis novam conſtrueret Bibliothecam, ad cujus incrementum Ampliſſimus Senatus ſingulis annis quinquaginta* (NB. Ex certis conſtat documentis, Summam hanc poſthàc fuiſſe duplicatam) *florenos decrevit, quibus cujusvis Profeſſionis Authores coemerentur. Circa Annum verò* M D XLV. *curavit idem Senatus Græcos Codices* Manuſcriptos *plures vetuſtiſſimorum Authorum* de Antonio Eparcho, *Epiſcopo Corcyræo*, Venetiis, *octingentis Ducatis emendos.* Ego nunc quidem addo nihil, quàm ut vobis, *Patriæ Patres*, Patroni opere magno colendi, hanc *Bibliothecam* à laudatiſſimis Anteceſſoribus veſtris *Bonarum Artium Studiis, Doctorumq; hominum uſui* extructam, meq; Ejus cuſtodem, quâ par eſt obſervatione, inter pia pro totius Reipublicæ & veſtrâ in eâdem Salute vota, ad favorem perpetuum & patrocinium humiliter commendem.

Veſtr. Illuſtr. Gener. & Nobiliſs. Magnif. & Amplit.

addictiſs.

M A. R. A.

LECTORI βιβλοφίλῳ.

EX quo ante hunc Seſqui annum DEI, benigniſſimi hactenus viarum & actionum mearum Moderatoris digito, Patriæque Patrum adnutu, præter Regimen Gymnaſii & Profeſſionem Scholaſticam, illuſtris etiam Bibliothecæ; ab integro & quod excedit Seculo apud Eruditionis ſeria æſtimatores celebratiſſimæ, cura & inſpectio mihi fuit commendata, Vir inter bonos publicæ hujus rei cives non poſtremus, mihique amiciſſimus, Dn. Theophilus Gœbelius, Meritiſſimi quondam hic Theologi filius non degener, Bibliopola ad juvandum literas & Artes bonas aptiſſimè compoſitus, id ſe in animo habere ſignificavit, ut, ſi per eos liceret, à quorum hoc dependeret nutu, ad priſtinum honorem Theſauro huic maximi ſemper à cultoribus judicare doctis æſtimato reſtituendum, ſuo Sumtu & impenſis novam totius Catalogi editionem bono daret publico, ſuumque hoc etiam documento Patriæ exhiberet ſtudium piumque adfectum. Sicut autem non potui non inſigniter commendare hoc Civis optimi inſtitutum, ac certus ſum, nemini non bonorum id poſſe tanquam rem publicè profuturam ſingulariter placere, paucis nimirum hoc tempore ſollicitis de aliorum commodo, pleriſque autem ſuos tantùm uſus & fructus undecunque etiam corradendos noctu diuque reſpicientibus, quod, quantum in re typographicâ per turpem & deteſtabilom ejus abuſum duobus hiſce Seculis, à quorum termino Ars hæc nobiliſſima in totius rei chriſtianæ & literariæ bonum nunquam ſatis laudandum cœpit, damni præter & contra Scopum primitus intentum tulerit, omnium bonorum gemitus & gravamina, quæ in publicis Imperii Comitiis exhibeantur, & remedium aliquod ab altiore manu & poteſtate implorent, non indigna, docent & teſtantur ſatis ſuperque; ita dum uberius rem hanc mecum ipſo pon-

deravi, ad animum revocans, hodiè perpaucos eſſe, quæ Seculi hujus labes eſt, apud poſteros, ſi qui erunt, nunquam eluenda, qui vel Veram ſectentur cum debito ordine & ſtudio Eruditionem, vel neceſſaria ad eam ritè impetrandam media deſiderent & inſtrumenta, libros dico in tanto malorum, inutilium, minuſque neceſſariorum numero bonos & ſelectos, eorumque accuratam ex Bibliothecis non vulgarium quorumvis, ſed cum ſingulari judicio & dexteritate collectis cognitionem, fateor, quâ ſum ingenuitate, diſſuaſi amicè, non quidem in eum finem, ut has cogitationes utiliſſimas ſeponeret omninò, quas mihi fuiſſe acceptiſſimas jam indicavi, ſed, quia ob paucitatem emtorum, qui talia parciſſimè deſiderant, præſens in re privatâ damnum prævidere mihi ſum viſus, ut operam hanc aliquantò ampliorem in Epitomen aliquam redigere patiatur, minoris impenſæ, majoris autem uſûs & commodi, meam ad id offerens promtitudinem, debitumque in ejus collectione & digeſtione ſtudium, quod dum non omninò vidi & obſervavi diſplicere, poſtquam totius Bibliothecæ corpus & ſyſtema, præviâ Reviſione, in priſtinum redegi ordinem ac quod vis ſuo reſtitui loco, non ſine plurimo labore & ſudore, ea inſuper uniens & arctius conjungens, quæ ante hàc moleſtiſſimâ locorum intercapedine erant ſejuncta, manum operi bono cum DEO, inter ordinarios publici Muneris & officii labores, Æſtate præteritâ admovi, undè natus eſt hic Index, quem Tibi nunc, Lector Erudite, bonâ mente exhibeo. Equidem binis antehàc vicibus integer totius Bibliothecæ Catalogus prodiit, primò quidem Anno Seculi poſt decimum ſexti ultimo vel terminali, nomine Collectoris non adſcripto, qui tamen fuiſſe putatur Georgius Heniſchius, Medicus & Profeſſor in Gymnaſio Mathematices Scripto non uno celebris; poſt autem Anno hujus Seculi poſt trigeſimum tertio, operâ & ſtudio Eliæ Ehingeri, Viri in ornamentum Patriæ nati, & cujus Memoria nunquam debet eſſe ſine laude, & gratâ Meritorum deprædicatione. Utriusque verò hujus Editionis perpauca ſunt in manibus eruditorum extra Patriam exemplaria, & hinc aliquibus non rarò deſideratiſſima, cujus indicium eſt, quod Philippus Labbæus Bibliothecæ Bibliothecarum author, qui nihil in hoc Eruditionis genere videri voluit ignorâſſe, in

primâ

primâ Ejus editione, ante hos viginti & unum Annos, inter plures alias non tanti forſitan æſtimii & pretii, nullam ejus fecit mentionem, quam nuper modò & ante hoc bienniam Editioni ſecundis curis auctiori inſeruit, ea inter demùm exemplar aliquod nactus, quo antehàc caruerat. Prater plenos autem hos totius Bibliotheca Catalogos, quorum poſterior altero ferè tanto auctior prodiit, duo etiam (tertium enim, cujus aliqui hic & ibi meminerunt, hactenus inſpicere licuit nondum) Indices Manuſcriptorum Codicum, ſed Gracorum tantùm, diverſis itidem temporibus publicam adſpexerunt lucem. Prior ante ipſum hoc Seculum, id eſt, Anno poſt Seſquimillenarium ſeptuageſimo & quinto, Editore iterum non nominato, niſi quod Inſcriptio hac verba notatu digna exhibet, Rempublicam ideò edendum curaviſſe, ut Codices in eo contentos vel Viris doctis interpretandos, vel diligentibus Typographis conferendos, (modò de iis ſartis tectis ſuo tempore reſtituendis caveant,) ad augenda rei Literariæ commoda communicaret; *quod propoſitum quin ſumma laude fuerit dignum, & nunquam ſit ingratâ oblivione ſepeliendum, omnes boni, ſcio, unà mecum agnoſcent. Poſterior integro ſucceſſit vicennio, quadruplo, ut Titulus habet, auctior, cùm prafatione ad* Hieronymum Commelinum *dedicatoria* Davidis Hœſchelii, *Viri itidem de Patriâ non ſolùm, ſed universâ re literaria meritiſſimi, qui in laudatâ Prafatione ſcribit*, hunc laborem à ſe fieri voluiſſe *Marcum Welſerum*, tum Reipublicæ Conſulem, *poſt Dunm Virum, in orbe literato partim ob Antiquitates Patrias, partim ob alia in publico Scripta notiſſimum*, ut tam, quæ in Bibliotheca hâc κειμήλια, qui notæ probæ Authores ſervarentur, conſtaret, quàm quicunque Codex in rei Literariæ commodum peteretur εἰς χεῖρας daretur, aliique βιβλιοάφοι ad idem benè de literis merendi ſtudium incitarentur; *ad cujus confirmationem altera prima Pagina facies ſequentia habet majori literarum charactere verba:* Quisquis Reipublicæ literariæ faves, ſive Lector, ſive Typographe, horum omnium Codicum, ſive interpretandi, ſive conferendi, ſive edendi, ita tibi futura eſt copia, ſi de iis incolumibus reſtituendis caveris. *Non tantum verò copiâ hic poſterior Index*

 praſtat,

præſtat, ſed quoad methodum & formam quoq; non paucis gaudet prærogativis, exhibens videlicet pleroſq; libros titulis & Inſcriptionibus Græcis, ubi videlicet aliqua id requirere videbatur emphaſis, quod in ſpecialibus etiam Tractatibus, Epiſtolis, orationibus, cujus generis plura non rarò in uno Volumine & Tomo continentur, fuit obſervatum, adpoſitis itidem in Margine notationibus de hoc vel illo opere hic & ibi publicato, vel publicando, quin & intra parentheſin non rarò in ſertis, quæ ad unius & alterius Authoris vel Scripti accuratiorem notitiam videbantur pertinere. Maximi quondam æſtimavit hunc Catalogum, Antonius Poſſevinus, *& ita quidem, ut cum ſingulari Elogio eum inter præſtantiſſimarum Europæ Bibliothecarum Indices extare voluerit in* Adparatûs *S. utiliſſimâ Adpendice, quoad nimirùm Codices* Sacros & Eccleſiaſticos; *quo & ſimili ferè per omnia Inſtituto non ita pridem* Theophilus *noſter* Spizelius, *indefeſſo ſemper ſtudio circa promovendam rem literariam, Sacram pariter atque profanam, occupatiſſimus, potiſſimam & præcipuam ejus partem* arcanis Illuſtrium Bibliothecarum Sacris *plurimâ cum induſtriâ à ſe retectis, ordine tamen per* Ehingerum *mutatò ob certas rationes obſervato, præfixit, non parvam Patriæ gratiam hoc etiam Monumento præter alia iniens ex debito. Quanti autem hunc Indicem* Hœſchelianum *habuerit etiam* Henricus Savilius, *Ipſemet teſtatur in præfatione Notarum ad quintum* Chryſoſtomi *Tomum, in quâ Authorem fuiſſe ſcribit* doctum & acutum, *ſæpiſſimè in iiſdem Notis ad Eum provocans, ubi de hujus vel illius Scripti ſinceritate judicium fuit ferendum, in quo genere Eruditionis Criticæ plurimum valuiſſe* Hœſchelium, *ii norunt, quibus hæ literæ non ſunt, uti vulgo, exoſæ & aliena. Poſt hos igitur Indices & generales & particulares novus nunc prodit, novâ indutus veſte, ab utriſque aliquid ſumens mutuò, ſed & ab utriſque, & quoad Materiam, & quoad formam differens. Habet namq; ut jam indicavi, pauciora quàm generales, plura verò quàm particulares editi & mihi hactenus viſi. Ex hibet nimirùm non integrum Bibliothecæ ſyſtema, nec omnes in eo libros & Authores; neq; tamen intra terminos poſteriorum ſe continet tantùm, ſed plus ultra progreditur & præter Manuſcriptos Codices Græcos, quos illi ſolos recenſuerunt, commemorat*

etiam

etiam Latinos ; eoſque non Theologicæ ſolùm, ſed cæterarum quoque Facultatum, & quidem ad exemplum & imitationem novæ Manuſcriptorum Bibliothecæ *laudati anteà* Labbæi, *nihil eorum prætermittentis, quæ in Gallia; ſed & alibi, ad orbis Latini commendationem videbantur pertinere; Idem à ſe etiam, & ex* Bibliotheca Vindobonenſi Cæſarea, *jubet poſt Græcos Codices Manuſcriptos, diverſis jam Tomis deſcriptos & porrò deſcribendos, expectare* Petrus Lambecius; *Hiſtoriam exindè* Literariam, *cujus* Prodromum *ante hos decem & ſex Annos dedit in prægustum* Hamburgi, *univerſalem ab omni ex parte perfectam quam non ſine cauſâ inter* deſiderata *ad* dignitatem & augmenta Scientiarum *quam-maximè pertinentia numeravit* Baro Verulamius, *ſuo tempore promittens. Ad cæteras vel orientales, vel occidentales Linguas ire, ratio Bibliothecæ non permiſit, præter Græcos & Latinos Codices Manuſcriptos vix alios oſtendentis. Nam ſi excipias* Megillah, *ſeu Volumen Pentatevchi Moſaici, eleganti charactere Ebræo, ſed abſque Punctis ſcriptum, de cujus generis voluminibus apud Judæos non adeò raris poſt* Sixtum Senenſem *in* Bibliothecâ *S. agit* Hottingerus *in* Theſauro Philologico; *Alcorani item Muhammedici* Codicem Arabicum, *pro cujus Editione & in Linguam vulgarem translatione memini me antehàc accuratam legiſſe* Theodori Bibliandri *apologiam; libellum quoq;* Turcicum Euchologicum, *in formâ cylindri convolutum, qualem in Bibliothecâ* Gottorpianâ *oſtendi docet* Henningus Henningi *in* Muhammedano precante, *& alia quædam pauciora hic non deſcribenda, non audet Bibliotheca hæc de cætero uberiora de ſe promittere. Ut autem Index hic ornatior aliquantò tuis ſiſteret oculis, Lector erudite, Duplicem ei* Apendicem *jungere viſum fuit, utrumq; non ſine exemplo aliorm & ratione. Prior recenſet eos Authores, qui inter innumeros primi fuerunt, quos nobiliſſima Ars typographica, hic & ibi primo Semiſeculo, orbi erudito dedit, in hâc quidem Bibliothecâ videndos; nunc enim de aliis agere præſentis Inſtituti ratio prohibebat. Exemplo præivit ante Annos triginta & duos* Johannes Saubertus, *Theologus antehac Noribergenſis, ſuo nomine celebris, qui ad* Hiſtoriam Bibliothecæ Patriæ *duabus oratiunculis illuſtratam*

cum Adpendice aliqua de Inventore Artis Typographicæ, *qui adhuc ſub judice dubius videtur, ſimilem Catalogum primarum Editionum ibi exſtantium adpoſuit, commendatus ob id ipſum à* Labbæo, *imitante hanc inſuper operam in nono ad* Bibliothecam Manuſcriptorum *Supplemento, è Bibliotheca* Pariſienſi *Regia collecto, diverſo tamen ordine ab utroque obſervato,* Sauberto *quidem juxta ſeriem Annorum,* Labbæo *autem juxta numerum ipſorum Codicum progreſſum, quem poſteriorem ordinem hic quoque certis de cauſis libuit nunc obſervare, donec alius videbitur ſuo tempore commodior. Adpendix poſterior occupatus eſt in enumerandis Authoribus & Scriptis, quorum Bibliotheca hac itidem facit copiam publicatis vel hic vel alibi ab iis, qui* Auguſtani *vel Patria, vel officio & aliquo Munere publico fuere, aut opera huc excudenda miſerunt, per typos publicæ hujus rei mutuatitios Eruditis ſe commendantes; quorſum relati ſunt etiam, quibus è Codicibus* Manuſcriptis *Bibliotheca hujus conceſſum fuit edere, quæ antehac in publico deſiderabantur, qualia non pauca hic & ibi occurunt. Ratio hujus quoque Adpendicis non fuit plane nulla, aut ſine omni exemplo. Ut antiquiora taceam & longius à nobis remota, Lucem non ita pridem adſpexit publicam* Pauli Colomeſii Gallia orientalis, *eos recenſens Scriptores Gallos, qui in literatura orientali laborarunt cum laude; opus item* Alberti Bartholini, *de Scriptis Danorum, & in ſpecie vel particulari* Eraſmi Pauli Vindingii *de Regiâ* Hafnienſi Academia *& Profeſſoribus ibidem per Scripta celebrioribus;* Joachimi *quoque* Maderi *Syntagma de Scriptoribus in* Academiis Saxonicis *florentibus, præter alia plura non diſſimilia, quæ huc poſſent referri, ſi videretur pro aliquâ defenſione neceſſarium. Vix autem puto quenquam fore, qui huic opellæ notam labis alicujus ſit inuſturus; hoc in mentem revocato, cuivis bono civi incumbere, ut pro viribus amet Patriam, & quæ ad Ejus pertinere videntur laudes non indebitas, quantum in ſe novit eſſe, ſilentio non ſupprimat ingrato, ſed poſteritati futuræ ſeriò commendet, & hoc ipſomet ad imitationis ſtudium, ac paria faventibus Muſis audendum accendat. Notandum verò hic eſt, uti in primô Adpendice, ita etiam in hoc altero, non ſeriem chronologicam ſed ſubſelliorum & numerorum,*

quibus

quibus ſuo ordine Codices ſunt ſignati, fuiſſe obſervatam, donec alium fortè in ordinem ſuo tempore, ſi DEUS mitiora largiatur tempora, ac Pax alma deſideratam Studiis quietem reſtituat, redigentur, facieque nova Patronorum favore donabuntur. Ubi ſimul id etiam iteratò moneri debet, non alios in hoc Appendice Authores, nec alia eorum Scripta laudari, quàm quorum copiam Bibliotheca hæc facit; ne quis putet, vel ſtudio, vel negligentia hic prætermitti, quorum alias mentio jure ſuo meritòque videbatur fieri debuiſſe. Ita non omnia, ut uno vel altero id oſtendam Exemplo, Davidis Hœſchelii & Eliæ Ehingeri, meritiſſimorum antehàc Bibliothecariorum, opera hic recenſentur, quorum nuper laudatiſſimus noſter Spizelius in Honoris Templo titulos è divite penu multorum ſitim extinguens depromſit; uti neque Jacobi Pontani & Matthæi Raderi, non quidem Patriis & ortu, ſed tamen profeſſione & officio, quo fungebantur, Auguſtanorum, omnia, quibus rem literariam promovere ſtuduerunt, Scripta hic occurunt, imò aliquorum nomina, ex gr. Georgii Stengelii, Jeremiæ Drexelii, quorum tamen in edendis libris varii generis ſingularem diligentiam è Bibliothecâ Philippi Alegambe licet accuratius cognoſcere, planè ſilentio hic tecta ſunt, non meâ Collectoris culpâ, ſed quia labores ſuos Patriæ Bibliothecæ nunquam inſeruerunt, quod tamen ad aliorum exemplum fieri omninò juſtum erat. Hinc quia ſtat Sententia, faventibus iis, quorum conſilia intereſt, ne hic pretioſiſſimus Reipublicæ theſaurus porrò lateat inter apocrypha, ſed Anteceſſorum omni laude digniſſimorum imitatione eruditis hic & ibi ad uſum non privatum, ſed publicum, debitâ quamvis & juſtâ cum cautione commendetur iterùm atque communicetur, huic Indici poſthàc ſubmittere Hiſtoriam Literariam & Librariam Reipublicæ hujus Patriæ, omniumque eorum, qui etiam non Auguſtani ſuis tamen laboribus & ſtudiis, publicis nimirum lucubrationibus Auguſtam hanc magis auguſtam & celebrem facere ſunt conati, omnes & ſingulos horum Studiorum fautores amicè & officioſè rogatos volo, ut quæcunque huic Indici vident deeſſe, ſicuti ultrò fateor & agnoſco lubens; non pauca præter meam quamvis culpam, quod iteratâ vice moneo, poſſe deſiderari, mequemet ipſum deſiderare, in gratiam hujus

Inſtituti

Inſtituti velint ſuppeditare, mihique in tempore per occaſionem commodam, quæ nunquam deerit, transmittere, certi & indubii, has, quas amicè conferent ſymbolas, fore in acceptis, hancque illorum promtitudinem & in juvando pio hocce Inſtituto benevolentiam publicè commendatum iri, neminemque defraudandum eâ laude, quam fuerit ex debito promeritus. Ab antiquo hunc morem audio fuiſſe obſervatum, ut eorum, quæcunque nova ederentur Scripta, vel ab ipſiſmet Authoribus librorum, vel ab eorundem Editoribus, quique Sumtus facerent, uno ad minimum Exemplari *augeretur Bibliothecæ. Id per non paucum temporis ſpatium, bonis nimirùm Legibus & conſuetudinibus inter Arma & furores Martios hic etiam ſilentibus, intermiſſum, undè hi, quos indicavi ſuprà, defectus, in poſterum, ſi fautores erunt, ſupplendi, nuper demùm, re ad ſumſerunt & ſuo laudabili exemplo noviter conſecrârunt, ex ordine* Theologorum Spizelius *noſter, ſuprà jam non ſemel laudatus, ex Facultate autem Medicâ* Georgius Hieronymus Welſchius, *ob plurium linguarum & omnis ferè Eruditionis copiam exteris ad ſtuporem usque cognitiſſimus, &* Lucas Schröckius, *Lucæ Medici in Patria meritiſſimi filius altiora quævis adſpirans diligentiæ rarioris Specimina, quibus olei plus, quàm vini ſe conſumſiſſe teſtantur, in perpetuum nominis memoriam huic Bibliothecæ offerentes; quod ut in poſterum trahatur ad imitationem, è re hujus Bibliothecæ omninò videtur eſſe, ne ſuis deſtituatur augmentis, ſi antiquorum veſtigia reſpiciamus quàm maximè neceſſariis. De formâ autem & methodo hujus Indicis ut aliquid addam, ſcias, Lector amice, ordinem in eo quidem obſervari* Ehingerianum *ut plurimùm, quia ſecundum Ejus ultimam diſpoſitionem, nunc librorum ſuis Pluteis & Subſelliis, numeris & generalibus & ſpecialibus diſtinctorum ratio habetur, additis tamen non rarò quibusdam ab Eo (quis enim ſolus omnia pervideat?) prætermiſſis, quod accuratior docebit collatio; ſicuti ex obſervationibus* Hœſchelii, *quod gratâ agnoſco mente, hic & ibi, quin ex propriis etiam, prout in excerpendo ſe obtulerunt ultrò, quædam non ingrata, ſpero, Lectori futura, intra parentheſin inſerui, hujus vel illius Authoris & Scripti notitiæ non planè nihil Lucis adlatura, qualia ſuo tempore plura & uberiora*

ſequen-

ſequentur, ubi ſerenior Aura meos recreabit conatus, eaque primò ſub favore Cœli perducere ad finem, quæ ad literas ſacratiores ulterius excolendas dudum cœpi ex variis & probatiſſimis Scriptoribus colligere. Acceſſit præterea huic Indici, quem non planè inutilem judicavi, librorum & Manuſcriptorum & impreſſorum parallelismus, indicans, ubi hujus & illius libri, ſive Manuſcripti, ſive impreſſi Editiones, quàm una, plures in hâc Bibliothecâ exhibeantur; hoc cum diſcrimine, ut numeri ſine paginis citati ſuum habeant reſpectum ad hunc ipſum, paginæ autem cum numeris ad Indicem Ehingerianum, *utpotè quâ hactenus norma eſt & cynoſura, quam obſervare decet in Scrutinio ob ordinem nuper reſtitutum nunc facillimo. Reſtat nunc, ut paucis etiam hujus Inſtituti rationes reddam contra eorum ſuſurros, qui hanc operam fortè minus neceſſariam, nec adeò utilem in publico cavillabuntur; judicantes, orbem eruditum labore hoc faciliter potuiſſe poſthàc carere, ut alias taceam cauſas, ideò præſertim, quia pleraque Græcorum Manuſcripta, quæ potiſsimum hic occupant locum, non amplius ſint, ut antehàc ἀνέκδοτα, ſed à proximis quinquaginta, & quod excedit, Annis in publicam prolata lucem, & hinc non tanta amplius, ut olim, Codicum Manuſcriptorum ſit æſtimatio; hôc inſuper accedente, quod alibi etiam, & præter omnes ferè Europæas, in laudatiſsimâ* Vindobonenſi *Bibliothecâ, quæ cæteris palmam non modò dubiam facere, ſed omninò præripere etiam videtur, talium Manuſcriptorum Codicum non parca ſit copia, adeòque hoc non ſit ſingulare noſtrâtis Bibliothecæ elogium. Quamvis enim inficiari neutrum liceat, neque hujus Indicis iteratam Editionem ſummè & inevitabiliter eſſe neceſſariam defendere in me ſuſcipiam, non tamen planè nullam publicæ rei literariæ & chriſtianæ utilitatem acceſſuram agnoſcent & fatebuntur ſpero, quibus horum in publico laborum ratio non eſt incognita. Exemplis non agam, utut iis non unis ſufficienter me poſsim munire eorum, qui hoc ipſum non ſine adplauſu bonorum ſuis præſtiterunt locis. Sit autem ita, pleraque jam verſentur edita in manibus eruditorum, nec tanta ſit horum amplius Codicum, ut olim, raritas & caritas; non id poteſt impedire, quò minus nunc & in poſterum hiſce Manuſcriptis ſuum conſtet pretium & dignitas, apud eos nimirùm,*

 qui

qui hæc κειμήλια, & ſi non aurea vel argentea, ſed chartacea ſolùm & membranacea, auro tamen & argento, imò quibusvis Mundi theſauris pretioſiora, ex æquo didicerunt æſtimare. Extant quidem per nunquam ſatis laudatum Artis typographicæ inventum, quæ poſteriorum DEI gratia Seculorum ſingularis gloria eſt, plerorumque non tam Patrum & antiquioris Eccleſiæ Doctorum, quàm Philoſophorum, Hiſtoricorum, Oratorum, Poetarum, & in quovis genere Eruditionis Scriptorum antehàc cum ſummâ laude viventium opera, eaque non uno tantùm loco, ſed pluribus, ſtudio & diligentiâ Virorum undiquaque eruditiſsimorum, quibus præſens Ætas & futura maximas ob id ipſum debet gratias, publicata, ut qui qualibuscunque gaudent Sumtibus, quibusque Titan præcordia finxit de luto meliore, de ſufficientibus ad ſeriam Eruditionem & eruditionis antiquæ notitiam accuratiorem ſubſidiis, eorumque defectu conqueri non habeant neceſſum, niſi Solis in mero die radios ſplendidiſsimè lucentes tanquam tenebras obſcuriores accuſare velint noctuæ & veſpertiliones; verùm quis neſcit, ob Codicum Manuſcriptorum, è quibus prodierunt Editiones, antiquitatem, ſcripturæ intricationem, characteris diverſitatem, à vermibus arroſionem, à pluviis lituram, curæ & cuſtodiæ neglectum, locorum ineptitudinem, & quæcunque plura hujus generis incommoda, iis optimè cognita, qui Saxum hoc per aliquod tempus volvunt, maximum rei librariæ ſolent inferre damnum, plures non rarò in optimis etiam atque accuratiſsimis Editionibus occurrere lacunas, lectionis difficultatem, & hinc quoque ſenſûs ab Ipſo Scriptore intenti diverſitatem, imò non ſemel omnimodam contrarietatem, ab Authoris ſcopo quam maximè abludentem? Huic autem malo neque felicius, neque facilius obviam licebit ire, nullumque commodius adhiberi Remedium, quàm ſi in Bibliothecis publicis ſollicitè adſerventur Codices Manuſcripti, adque eos occurrente tali vel ſimili difficultate, quam Typographorum ſphalmata non parùm ſolent augere, recurratur; qui ſi forſitàn ipſimet ob deſcriptorum ἀβλεψίαν & ruditatem non ſemper omni careant maculâ vel errore, quorſum referri debent in titulis librorum peregrinis Authoribus adſcriptorum opiniones præconceptæ, & concepta ſine ſufficienti ratione

præ-

præjudicia, non abſque Judicii accuratioris lance ponderanda, plurium Codicum & Exemplarium, vel in unâ eâdemque Bibliothecâ, vel in pluribus extantium collatio, non parum proderit, ne Lector Veritatis ſtudioſus relinquatur anceps & incertus. Atque huic morborum curationi præ pluribus, & ſi non omnibus Europæ Bibliothecis, hæc noſtra à plurimo tempore habita fuit ſatis idonea & inſtructa, utpotè cui Literatores præcipui ſemper, ex quo in ejus pervenerunt notitiam, tribuerunt plurimum. Vetera recenſere Elogia propter copiam nunc ſuperſedeo, hoc tantum adfirmo, & ex vero quidem, poſtquam renaſcentibus ab hoc Seſquiſeculo literis & Artibus bonis pleraque Græcorum in omni genere Eruditionis Scripta in publicum orbis chriſtiani theatrum ſunt producta, perpauca numerari, quæ non Codicibus Auguſtanorum *Manuſcriptis aliquid debeant ſubſidii, cujus rei documenta alter Adpendix exhibet ſatis copioſa. Accedunt Elogia recentiorum in hiſce Studiis verſatiſſimorum, è quorum numero bigam nunc ſaltem ad teſtimonium huic rei perhibendum iteratò lubet producere.* Hottingerus *certè αὐτόπτης antehàc in ſuo, quem paulò ante obitum ſcripſit,* Bibliothecario *hæc in ejus laudem ſcripſit:* Auguſtana Bibliotheca ditiſſima eſt, Manuſcriptis Græcis cumprimis valdè commendata. Vidi & magnâ cum admiratione obſervavi, tantâ ibi extare copiâ Manuſcriptos Codices Græcos, ut multis aliis palmam facilè præripiat. *Hæc ille, præter quem* Conringius, *nemini in hoc Scrutinio Bibliothecario facilè ſecundus, ubi omnem operam in commendandâ* Auguſti, *Principis* Lüneburgici, *Bibliothecâ propter copiam inprimis Manuſcriptorum impendit, tandem tamen poſt non unas exceptiones in hæc etiam verba erumpere eſt coactus:* Fortaſſis Græcorum ſaltem Manuſcriptorum copia vicerit Ingolſtadienſis Bavarica & AUGUSTANA. *Ita hic quoque, ut adeò non planè nullius opera pretium videatur, hujus Theſauri rarioris penitiora, Editione hâc repetitâ & non parùm auctâ, eruditis non tam ſuperciliosè, uti fortè nonnemini videbitur, oſtentare, quàm modeſtè potius, uti par eſt atque juſtum, bonasque decet literas & Artes, in rei literariæ commodum ac utilem notitiam oſtendere & communicare; præprimis, quia ex Indicis*

hujus

hujus evolutione non ſuperficiaria, ſed diligenti & ſtudioſâ fiet manifeſtum, non planè nihil ampliùs eſſe ſuper, quod publicam nondum lucem vidit, dignum tamen, quod ſuo tempore, ubi hæc Studia ad priſtinam redibunt dignitatem, è tenebris eruatur, atque à blattarum tinearumque morſiunculis, aliisque pluribus injuriis, quibus hi theſauri præ aliis eſſe ſolent obnoxii, vindicetur ante, quam omninò per aliquod infortunium amittatur. Ut enim de fatis triſtioribus Bibliothecarum antiquiorum non dicam, neque hic commemorem, quas calamitates non rarò privatorum Bibliothecæ cogantur experiri, de quibus inter alia nuper conqueſtus eſt graviter Thomas Bartholinus *in eruditiſſimâ de* Bibliothecæ incendio *ad filios Diſſertatione; in omnium eruditorum oculis, niſi fallor, adhuc ſplendet ignis, quo non ita pridem conflagravit Bibliotheca* Scorialenſis, *inque ea non pauca Græcæ Antiquitatis Monumenta, nunquam è cineribus revocanda. In quo nunc periculo verſetur Bibliotheca* Meſſanenſis, *me etiam non monente quivis agnoſcit eruditorum, qui Manuſcriptorum in eâ rariorum Indicem apud* Poſſevinum *legit, & cum aliis contulit Catalogis. Ne tali unquam metui exponatur* Auguſtana *hæc Bibliotheca, non modò omnium bonorum civium, ſed quotquot bonas Artes & Scientias amant ſeriò, votum eſſe è numero potiorum mihi certus promitto, & ſimul hanc Præfationem finio, poſtquam memor, quod nihil ab hominibus in hoc Seculo profectum ſit ab omni parte perfectum, monuero Lectorem, ut non ſolùm Typographi, ſed & meos, ſi qui hic & ibi occurrent, errores, inter quotidianos Muneris publici labores non ita accuratè obſervatos, inque ipsâ correctione iteratâ ob negotiorum non rarò concurrentium molem prætermiſſos, ſenſum tamen non mutantes aut corrumpentes, æquius ferre, non malitioſè, qui peſſimorum & otioſorum plerumque hominum mos eſt deteſtandus, traducere, ſed meliora in poſterum & plus profutura in publico à me, ſi* DEUS, *quod ſpero, laboribus Gloriæ Nominis ſui unicè conſecrandis clementer adnuerit, expectare velit, ejus favori & adfectui benevolo me meaque Studia porrò commendans.*

Codices

Codices Mſcr. Græci Theologici,
Pluteo ſecundo,
In Folio,
p. 15. & ſeqq.

NUm 1. *S. Joh. Chryſoſtomi* Commentarii in Geneſin, & quidem in primam partem, Sermones triginta quinque, *Membr.*

2. Ejusdem in alteram partem Geneſeως reliqui Sermones ad Sexageſimum & ſeptimum, ubi Hiſtoria Joſephi & Fratrum ejus venientium in Ægyptum, *Membr.*

3. Ejusd. Hypomnémata priora in Evangelium S. Matthæi quæ conſtant Homiliis quadraginta & quinque, quorum ultima continet explicationem Dicti, *Vobis datum eſt noſſe Myſteria &c.* Membr.

4. Ejusd. eadem, *Membr.*

5. Ejusd. Commentarius prior in S. Johannem, *Membr.*

6. Ejusd. Explicationum in Evangelium Johannis Tomus alter, ab Homilia quadrageſima & nonâ usque ad octogeſimam & octavam, initium eſt à loco, *& ambulabat JESUS poſthàc in Galilæam, nolebat enim in Judæam &c.* Membr.

7. Ejusd. Interpretatio Actorum Apoſtolicorum, conſtans Sermonibus quinquaginta & quinq; *Membr.* optimæ notæ Codex.

8. Ejusd. Sermones quadraginta in Epiſtolam D. Pauli ad Romanos, *Membr.*

9. Ejusd. Homiliæ quadraginta quatuor in priorem ad Corinthios, cujus initio deſiderantur Homiliæ quatuor, & finis.

Ejuſd. Commentarius in Epiſtolam ad Galatas.

Vita Joh. Eleemonis, Alexandriæ Archi-Epiſcopi, à Leontio, Neaſpolis Cypriæ Epiſcopo deſcripta, mutila in fine, *Membr.* vid. p. 489. n. 36. conf. p. 94. num. 5.

10. Ejuſd. Chryſoſtomi Commentarius in Epiſtolam D. Pauli ad Epheſios, conſtans Homiliis viginti & quatuor.

Item Homiliæ ſex in Epiſtolam ad Titum, *Membr.* Codex vetus.

11. Ejuſd. Enarratio in utramque ad Theſſalonienſes, ad Timotheum. Philemonem & Ebræos.

Item Epiſtolæ ſeptem de Legibus Naturæ.

Clemens de S. Petri prædicationibus,

Martyrium Clementis,

D. Ephrami, Archi Epiſcopi Cherſonenſis & Martyris de miraculo Clementis in puero &c.

Martyrium S. Blaſij, *Membr.*

12. Ejuſd. Homiliæ triginta & quatuor in Epiſtolam ad Ebræos, *Membr.* Codex pervetus.

13. Ejuſd. Homiliæ, quæ inſcribuntur *Statuæ, ἀνδριάντες λόγοι*, (vid. Zonar. T. 3. p. 30. ℣. 4):) habitæ propter tumultum multitudinis & demolitionem ſtatuarum in foro Uxoris Theodoſianæ. *Prima*, in dictum Pauli, utere Vino modico &c. 1. Tim. 5. *Secunda*, in Dictum Ejuſd. Divitibus Seculi hujus præcipe &c. Ibid. cap. 6. *Tertia*, in abitum Flaviani, Antiochiæ Epiſcopi, deprecaturi culpam multitudinis apud Theodoſium Imp. *Quarta*, adhortatio ad tolerantiam. *Quinta*, ad populum, ne minis territetur, &c. *Sexta*, Magiſtratûs metum eſſe fructuoſum. *Septima*, Dolorem mederi peccato, & in Dictum, Principio creavit DEUS Cœlum & Terram, & de Quæſtione, Adam, ubi es? Gen. 1. & 3. *Octava*, Adhortatio ad virtutem temeritatis cavendæ in jurejurando. *Nona*, Laus eorum, qui à jurejurando abſtinent, & in Dictum, Cœli enarrabunt Gloriam DEI &c. Pſal. 19. *Decima*, Laus eorum, qui ab Epulis

Epulis vacârunt auſcultationi, deque Mundo, & adverſus eos, qui creaturæ tribuunt Divinitatem &c. *Undecima*, Gratiarum actio ad DEUM pro liberatione à malis, quæ ſeditionem videbantur ſecutura. *Duodecima*, alia gratiarum actio ad DEUM de venia peccatorum in Imper. deque Lege Naturæ homini inſita à DEO. *Decima & tertia*, Gratiarum actio de mutatâ triſti rerum facie. *Decima & quarta*, de Jurejurando. *Decima & quinta*, de Timoris utilitate, & Luctum riſu eſſe fructuoſiorem, & in dictum, Nôris te in medio laqueorum ambulare, Syrac. 9. *Decima & ſexta*, in Dictum, Paulus vinctus JESU Chriſti &c. ad Philem. â princ. *Decima & ſeptima*, in Elebichum & Cæſarium à Theodoſio Imper. miſſos, ut inquirerent in authores Statuarum deſtructarum. *Decima & octava*, de Jejunio, &, in Dictum Apoſtoli, Gaudete in Domino ſemper &c. Phil. 4. *Decima & nona*, Feriis Adſcenſionis, *τῇ κυριακῇ τῆς ἐπισωζομένης*, (*τῷ ἐπιχωρίῳ τῶν καππαδοκῶν ἔθει ἐπισωζομένη λέγεται ἡ ἀνάληψις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ*, è Codice MScr. *Gregorii Nyſſeni*) &, de cavendo Jurejurando. *Vigeſima*, in reditum Flaviani Epiſcopi & reconciliationem Imperatoris cum Civitate, atque in authores demolitionis Statuarum. *Vigeſima & prima*, ad illuminandos (*πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι*) baptizandos. *Vigeſima & ſecunda*, de injuriarum oblivione. *Vigeſima & tertia*, in Parabolam de decem millibus Talentorum & centum denariis, quodque quovis peccato major ſit injuriarum memoria. *Membr.* Codex diligenter exaratus.

14. Ejusd. Sermones triginta & quinque, *Primus*, in Dictum Apoſtoli, Novimus, quod diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum &c. Rom. 8. deque tolerantia, & quantus ſit adflictionum quæſtus. *Secundus*, in Dictum Ejusdem, Habentes eundem Fidei Spiritum, ſicuti ſcriptum eſt, Credidi, propter quod locutus ſum &c 2. Corinth. 4. &, de Eleemoſinâ. *Tertius*, in idem Dictum, atque adverſus Manichæos & omnes eos, qui Vetus Teſtamentum criminantur, idque à novo divellunt; &, de Eleemoſynâ.

Quartus, in idem Dictum, &c. cur communiter omnes bona percipiant, deque Eleemoſinâ. *Quintus*, & *Sextus*, de precatione. *Septimus*, de peccatis fratrum non revelandis, &, hoſti non imprecandum, eſſe. *Octavus*, in Dictum Pauli, Propter fornicationem unusquisque ſuam habeat Uxorem, 1. Cor 7. *Novus*, in Dictum Ejusdem, Mulier adligata eſt Legi &c. Ibid. *Decimus & undecimus*, In Viduam juniorem, deque Conjugio ſolitario, (περὶ μονανδρίας) *Duodecimus*, adverſus eos, qui non rectè utuntur Apoſtoli dicto, Sive per occaſionem, ſive per veritatem Chriſtus adnuntiatur &c. Phil 1. deque Humilitate. *Decimus & tertius*, in Dictum Ejusdem, oportet hæreſes inter vos eſſe &c. 1. Cor. 11. *Decimus & quartus*, in liberationem (ἐπίλυσιν) Chananææ, Matth. 14. dictus poſt reditum ab Exilio. *Decimus & quintus*, in Dictum Apoſtoli, Pacem ſequimini cum omnibus &c. Ebr. 12. *Decimus & ſextus*, de perfecta dilectione, deque remuneratione pro dignitate ſeu merito, (περὶ τῆς κατ᾽ ἀξίαν ἀνταποδόσεως) &, de Compunctione. *Decimus & ſeptimus*, de Mortuorum reſurrectione. *Decimus & octavus*, de Eleemoſyna, dictus, cùm tempore hiemis adventans pauperes & mendicos in foro diſperſos negligi cerneret. *Decimus & nonus*, Comparatio Regiæ Potentiæ, Divitiarum & Eminentiæ ad Monachum in veriſſima Chriſti Philoſophia adquieſcentem. *Vigeſimus*, in Natalem Domini prius incognitum &c. *Vigeſimus & primus*, in Jonam, Danielem & tres pueros dictus ſub introitu Jejuniorum. *Vigeſimus & ſecundus*, in Adamum, priusquam comederat de Arbore vetitâ, videlicet, noviſſe ipſum, quid bonum; quidque malum ſit; &, domi eſſe præmeditanda, quæ in Eccleſia docentur. *Vigeſimus & tertius*, Cur Lignum Scientiæ boni & mali ſit dictum? Gen. 2. &, quomodo ſit intelligendum, Hodie mecum eris in Paradiſo? Luc. 23. *Vigeſimus & quartus*, in illud Apoſtoli, utinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ &c. 2 Cor. 2. *Vigeſimus & quintus*, Non dicere, quæ ſcias, neque aliis adnuntiare, pauperiorem reddere, gratiamque extinguere; &, in preces, quas Chriſtus

Chriſtus fudit; &, de poteſtate, quâ fecit omnia; &, de Legis veteris correctione; &, adſumtionem carnis non minuere filii cum Patre æqualitatem, ſed magis commendare. *Vigeſimus & ſextus*, de Iejunio, habitus initio Quadrageſimæ; &, cur à Cœlo & Terrâ Moſes auſpicatus ſit, deque Eleemoſynâ. *Vigeſimus & ſeptimus*, Ne pudeat confiteri honorandam ſeu pretioſam Crucem, per quam nos ſervârit Chriſtus, eſſeque in illa gloriandum; &, de Virtute, deque Eleemoſynâ. *Vigeſimus & octavus*, Cur de Sole, Lunâ, Cœlo, aliisque dixerit DEUS, fiat, de homine autem, faciamus; &, quid ſit, ad Imaginem? Gen. 1. *Vigeſimus & nonus*, Quid ſit, ad ſimilitudinem? &, cur, cùm DEUS dixerit, Beſtiis nos dominaturos, non dominemur: eſſeque hoc curæ ſingularis. *Trigeſimus*, Peccatum tres Servitutis formas ſecum tuliſſe; & adverſus auditores ſocordes, atque eos, qui parentes non honorant. *Trigeſimus & primus*, Nos non propter Adamum puniri, &, plura eſſe bona, quàm ab illo mala ſint introducta, modo nobis attendamus ipſi; &, contra eos, qui pauperes prætereunt. *Trigeſimus & ſecundus*, in Crucem, & Confeſſionem Latronis, nosque pro inimicis orare debere, dictus die Paraſceves. *Trigeſimus & tertius*, in adpellationem Cœmeterii, &, in Crucem Domini, &c. *Trigeſimus & quartus*, in Sepulturam & Reſurrectionem Chriſti, &, Mulieres aurum in Eccleſia geſtare non debere, (χρυσοφορῶν) *Trigeſimus & quintus*, in S. Paſcha. *Membr.*

15. Ejusd. Sermones triginta, qui inſcribuntur Margaritæ, hoc ordine, *ſeptem* habiti, cùm adhuc eſſet Antiochiæ, contra Eunomianos ſeu Anomœos, περὶ ἀκαταλήπτου, ſeu, de incomprehenſibili naturâ DEI; *ſex* contra Judæos, conf. p. 863 n. 42. *totidem* de Sacerdotio, Edidit, uti & antecedentes, *Hæſchelius*, cum verſione Latina, vid. p. 31. n. 67. *quatuor* de Divite & Lazaro *unus* in Dictum Apoſtoli de iis, qui obdormiverunt, 1. Theſ. 5, *unus* in illud Ejusdem, Vidua eligatur non minor Annorum ſexaginta &c. 1. Tim. 5. &, de liberorum educatione, deque Eleemoſynâ. *Unus*, de laude eorum, qui Eccleſiæ

interfuerunt; atque in illud, Vidi Dominum ſedentem in Throno &c. Eſa. 6. *unus* in illud, Exaltatum eſt cor Oſiæ &c. 2. Chron. 26. &c, de animi humilitate, nec Virtute præditum eſſe debere confidentem &c. *Unus* de citatâ modò Eſaiæ Viſione, & de Antiochiæ Civitatis laude, &, contra eos, qui Matrimonium prohibent. *Unus* in eundem Eſaiæ locum, cum demonſtratione, Oſiam jure leproſum eſſe factum. *Membr.*

16. Ejusd. Sermones triginta & tres, collecti ex operibus Ejus, *Primus* de Tolerantia & Magnanimitate, *ſecundus* de Eleemoſynâ, *tertius* de Dilectione, *quartus*, de Doctrinâ & Inſtitutione, *quintus*, de peccato & Confeſſione, *ſextus* de Magiſtratu, poteſtate & exiſtimatione, περὶ ἀρχῆς, ἐξουσίας τε καὶ δόξης; *ſeptimus* de Judicio venturo, *octavus* de Virtute & vitio, *nonus* de Virtute & robore, *decimus* de Juramentis, *undecimus* de Morte, *duodecimus* de liberorum educatione, περὶ παίδων ἀνατροφῆς; *decimus & tertius* de malitia & injuriarum memoria, *decimus & quartus* de laudibus Pauli, collectus à Magiſtro Theodoro ex diverſis Chryſoſtomi Homiliis; *decimus & quintus* de Arcanis, περὶ ἀποῤῥήτων; *decimus & ſextus* de precatione, *decimus & ſeptimus* de Pœnitentia, *decimus & octavus* de Jejunio & Temperantia, *decimus & nonus* de Humilitate, *vigeſimus* de non contemnenda DEI Eccleſia, *vigeſimus & primus* de Providentia, *vigeſimus & ſecundus* de Anima, *vigeſimus & tertius* de Divitiis & paupertate, *vigeſimus & quartus* de gula & Ebrietate, *vigeſimus & quintus* de Mulieribus & pulchritudine, *vigeſimus & ſextus* de infirmitate (περὶ ἀῤῥωστίας) & Medicis, *vigeſimus & ſeptimus* de Avaritia, περὶ πλεονεξίας; *vigeſimus & octavus* de felicitate (περὶ εὐψυχίας) & infirmitate, *vigeſimus & nonus* de oſtentatione (περὶ ἀλαζονείας) & vanâ gloria, *trigeſimus* de Invidia, *trigeſimus & primus* de odio & inimicitiis, *trigeſimus & ſecundus* de triſtitia & timiditate, *trigeſimus & tertius* de Ira. Membr in 4to.

17. Prophetæ majores & minores, cum periochis *Heſychii*, Presbyteri Hieroſolymitani, *Theodoreti*, *Polychronii*, & fragmento *Chryſoſtomi* in Suſannem, *Membr.* in 4to.

18. *Joh.*

18. *Joh. Chryſoſtomi* Epiſtolæ ad Olympiadem octo & decem, & aliæ ad alios,

Gregorii Nazianzeni Gnomæ δίστιχοι, & Jambica carmina varia,

Ejusd. ἐπιτύμβια in Baſilium M. & ὅροι παχυμερεῖς id eſt, Definitiones rudiores,

Georgii, magnæ Piſidis Eccleſiæ Diaconi in Hexameron Jambi, *vid. p. 876. n. 49.*

Ignatii, magnæ Eccleſiæ Scevophylacis, (vid. Joh. Meurſii Gloſſar p. 638. & ſeqq. id eſt, Vaſorum cuſtodis, Alphabetum morale, ſive Parænesis ad novitios, ſecundum literas Alphabeti.

Baſilii M. & Gregorii Theologi Dialogus, fine mutilus, *Charta,* vid. p. 868. n. 61. & p. 864. n. 22.

19. *Theophylacti Bulgariæ Archi Epiſcopi* Interpretatio in Epiſtolas omnes D. Pauli, exceptâ ad Theſſalonicenſes alterâ, & ad Philemonem, *vid. p. 23.* num. 5.

D. Joh. Chryſoſtomi Sermones in Evangelia magnæ Hebdomadis ſeptendecim, *Primus* in Ficum arefactam, Matth. 21. conf. p. 864. num. 8. *Secundus* in verba, Ingreſſus in Templum JESUS ejecit omnes &c. Ibid. *tertius* in Parabolam de Vinea, in quam Pater filios miſit. Ibid. *quartus* in Parabolam de Convivio nuptiali, Matth. 25. *quintus* in Parabolam de Virginibus decem, & de eo, qui profectus peregrè vocavit ſervos ad ſe &c. Ibid. *ſextus* de verbis, Cùm venerit Filius hominis in gloria &c. Ibid. *ſeptimus* in verba, Cùm JESU eſſet in Bethania, in domo Simonis leproſi &c. Matth. 26. *octavus* in verba, Primo die azymorum adceſſerunt Diſcipuli ad JESUM &c. Ibid. *nonus* in verba, Veſcentibus eis accepit JESUS panem &c. Ibid. *decimus* in verba, Tunc venit JESUS cum ipſis in locum Gethſemane &c. Ibid. *undecimus* in verba, unus eorum, qui erant cum JESU, extensâ manu &c. Ibid. *duodecimus* in verba, Tunc expuerunt in faciem Ejus &c. Matth. 27. *decimus & tertius,* in verba JESUS autem ſtetit ante Præſidem &c.

Ibid

Ibid. *decimus & quartus* in verba, Tunc milites Præſidis ſuſcipientes JESUM in Prætorium &c. Ibid. *decimus & quintus* in Verba, à ſexta autem horâ &c. Ibid. *decimus & ſextus* in verba, poſtero autem die, quæ ſequitur Paraſceven &c. Ibid. *decimus & ſeptimus* in verba, Quæ cùm abiiſſent, ecce, quidam è cuſtodibus &c. Matth. 28. *Chartâ.* Codex diligenter exaratus.

20. Andreæ, cognomento Hieroſolymitani, Cretenſis Epiſcopi, Sermones duo disjuncti de Annuntiatione (εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν) & obdormitione Virginis Deiparæ.

Antipatri, Boſtrenſis Epiſcopi, Sermo de eâdem Adnuntiatione.

Gregorii, Neocæſarienſis Archi Epiſcopi, Thaumaturgi, de eâdem.

Johannis, Archipresbyteri Damaſceni, Humilis dicti, de obdormitione & translatione Virginis Deiparæ.

Andreæ Cretenſis Epiſcopi, iterùm de Ejusdem annuntiatione. Ejusd. Sermo in Lazarum quatriduanum, &

in diem Palmarum, nonnusquam lectu difficilis.

Germani, Archi Epiſcopi Conſtantinopolitani, Sermones ſeptem, *primus* in Sepulturam Chriſti, dictus Die magni Sabbathi; *ſecundus* in Annuntiationem Mariæ, *tertius* in primam Jejuniorum Dominicam, deque Imaginum reſtitutione; *quartus* in venerationem vivi ficæ Crucis, dictus tempore Jejunii; *quintus* de Infantibus ab Herode occiſis, & in principium Evangeliſtæ Marci, legendum in Dominicâ ante Epiphanias; *ſextus* in Exaltationem S. Crucis &c. *ſeptimus* in Dominicam ante Natalem Chriſti, deque tribus pueris in fornacem miſſis.

Baſilii M. Homilia in Natalem Chriſti, } *vid. p. 30. n. 13.*
Ejusd. Adhortatio ad S. Baptiſma, }

Georgii Monachi & magnæ Eccleſiæ chartophylacis (vid. Meurſ. L. cit. p. 778. & ſeqq.) in deductionem Deiparæ in Templum Ejusque conſecrationem.

Amphilochii, Iconienſis Epiſcopi, in occurſum, deque Simeone & Hanna, *vid. p. 24. n. 16.*

Heſychii,

Heſychii, Presbyteri Hieroſolymitani, in eundem Domini occurſum,

Johannis, Presbyteri Damaſceni, in Frans figurationis Hiſtoriam, Edidit *Hæſchelius* ex hoc Codice cum Verſione & Notis, *Auguſta*, 1588. vid. p. 215. n. 13.

Antipatri, Boſtrenſis Epiſcopi, in Natalem Johannis Baptiſtæ, *vid. p. 488. n. 35.*

Joh. Chryſoſtomi Sermones ſeptem, *primus* in decollationem Johannis Baptiſtæ, *ſecundus* in ſaltationem Herodiadis, *tertius* in locum Evangelii, Cœgerunt Judæi Concilium & Joh. 1. *quartus* de decem Virginibus, Matth. 25. *quintus* de adulterâ, quæ in Indice Hœſcheliano juxta plerorumque apud Veteres Sententiam Maria Magdalena fuiſſe dicitur; vid. D. Dannh. Chriſt. p. 332. *ſextus* de Judâ proditore, Agno Paſchali, Cœna Domini & injuriarum oblivione; *ſeptimus* in Sacrâ & magnâ Paraſceve habitus. *Membr.* NB. Hic Codex nunc abeſt & deſideratur.

21. Evangelia Dominicalia literis majuſculis deſcripta, uti in Templis decantari ſolent, ſecundùm ordinem Menſium. *Membr.*

22. Quatuor Evangeliſtæ, *Membr.* in 4°.

23. Catena in Epiſtolam D. Pauli ad Romanos viginti & quinque Patrum Græcorum, videl. *Acacii, Athanaſii, Baſilii M., Cæſarii, Chryſoſtomi, Clementis, Cyrilli, Damaſceni, Didymi, Diodori, Charterii, Dionyſii Alexandrini, Dionyſii Areopagitæ, Evthalii, Gennadii, Gregorii Theologi, Iſidori, Maximi, Methodii, Nyſſeni, Oecumenii, Origenis, Photii, Severiani, Theodoreti, Theophili.* Incipit à cap. 7. *Membr.*

24. Codex continens Synodos & Conſtitutiones Eccleſiaſticas &c. *chartâ.*

25. Libri Joſuæ, Judicum, Ruth, Regum & Paralip: *Membr.*

26. Catena Expoſitionum in Evangelium Lucæ, compoſita per *Nicetam* Diaconum. chartâ in 4to.

27. *Gregorii Nazianzeni*, orationes & epiſtolæ. Oratio *prima* eſt Apologetica, cur in Pontem fugerit; *ſecunda* ad eos, qui Ipſum initio acciverant, ubi deſunt aliqui quaterniones; *tertia* funebris in fratrem Cæſarium, *quarta* itidem funebris in Sororem Gorgoniam, *quinta* iterum funebris in Patrem Gregorium, *ſexta* ad ſubditos timore perculſos & Imperatorem (ἄρχοντα) iraſcentem, *ſeptima* de Dogmate ſeu doctrinâ inſtructivâ & conſtitutione (περὶ καταστάσεως) Epiſcoporum, *octava* de moderatione (περὶ τῆς εὐταξίας) in Diſputationibus ſervandâ, & quod non ſit cujusvis hominis & cujusvis temporis de DEO diſputare; *nona* de Theologia, quæ inter cæteras de eâdem eſt numero & ordine ſecunda; *decima & undecima* de Filio DEI, quæ in eodem ordine ſunt tertia & quarta; *duodecima* de Spiritu S. inter easdem quinta & ultima; *decima & tertia* in laudem Heronis Philoſophi, (ἀπὸ τῆς ἐξορίας) ab Exilio, in quod miſſus erat ob Fidem, revertentis; NB. *Bellarminus* in de Scriptoribus ex *Hieronymi* opuſculo ejusdem argumenti monet, pro *Heronis* nomine ſubſtitui debere *Maximi*, quod tamen in ultimâ operum *Gregorii* Editione Pariſina obſervatum non eſt.) *decima & quarta* in Epiſcoporum ex Ægypto adpulſum, *decima & quinta* ad Arianos & de ſemet ipſo, *decima & ſexta* iterum de ſemet ipſo & ad eos, qui ipſum adfectare (ἐπιθυμεῖν) dicebant Cathedram Conſtantinopolitanam; *decima & ſeptima* itidem de ſemetipſo ex Agro q. Exilio revertente, poſt ea, quæ contra Maximum pſeudo-Epiſcopum erant geſta; loco *decima & octava & nona* orationum Epiſtolæ duæ ad Cledonium Presbyterum contra Apollinarium, *vigeſima* ad Nectarium (non Neſtorium) Epiſcopum Conſtantinopolitanum, *vigeſima & prima* in electionem (εἰς τὴν χειροτονίαν) Eulalii, Doarenſium Epiſcopi; *vigeſima & ſecunda* de Divinitate ad Evagrium Monachum, *vigeſima & tertia & quarta* contra Julianum Imperatorem &c. *Membr.*

28. Libri Joſuæ, Judicum, Ruth, Regum & Tobiæ, cum brevi Scholio *Gregorii* Theologi de duobus Teſtamentis; & *Maximi*

Maximi εις τὸ καθ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Ad calcem legitur Expoſitio paucarum vocum Biblicarum. *Membr.*

29. *Gregorii Nazianzeni* Sermones duodecim, *primus* idem cum primâ oratione in Codice vigeſimo & ſeptimo, niſi quod & titulus hic obſoletus eſt, ut legi vix poſſit, & duæ in medio deſint paginæ; *ſecundus* idem cum ſecundâ ibidem, *tertius & quartus* itidem, *quintus* ἐπὶ τῇ ἑνώσει, id eſt, ſuper unitione Monachorum poſt ſilentium; *ſextus* εἰς τὴν σύμβασιν μετὰ τὴν σύστασιν, id eſt, in conventionem factam poſt coitionem orthodoxorum. NB. Uterque Sermo inſcribitur εἰρηνικὸς, id eſt, de Pace. *Septimus* ad Patrem Gregorium Apologeticus, cùm Saſimorum Epiſcopus eſt creatus, præſente Baſilio; *octavus* ad eundem Patrem ſuum, cùm ei curam Eccleſiæ Nazianzenæ commendaſſet; *nonus* ad Gregorium Nyſſenum Baſilii M. Fratrem, præſidentem poſt ordinationem; *decimus* ejusdem argumenti cum ſeptimo, undecimus ad Patrem propter plagam grandinis tacentem, *duodecimus* in funere Patris Gregorii, præſente Baſilio M. *Membr.*

30. Ejusdem *Gregorii* Sermones octo, *primus* in Sancta Lumina τῶν Ἐπιφανίων, *ſecundus* συντακτήριος (vid. *Ludov. dela Cerda*, in Adverſ. S. cap. 121. §. 30.) in præſentia centum & quinquaginta Epiſcoporum habitus, *tertius* (περὶ φιλοπτωχίας, de amore paupertatis, vid. p. 47. num. 2. *quartus* idem cum undecimo Codicis proximi, *quintus* in Sanctum Baptiſma, *ſextus* in laudem Athanaſii, Archi Epiſcopi Alexandrini; *ſeptimus* idem cum nono præcedentis, *octavus* in laudem S. Martyris Cypriani (NB *Lannoius* T. 1. Epiſt. 4. p. 49. hæc *Baronii*, verba ex Annalibus ad Annum Chr. 604. num. 40. citat: In oratione, quam de *Cypriano* habuit *Gregorius*, manifeſtiſſimo lapſus errore cognoſcitur, cùm duos in unum *Cyprianos* conflat, *Antiochenum* atque *Carthaginienſem*, quos conſtat fuiſſe diverſos, interque ſe diſtinctos) cum aliquâ paraphraſi, quæ adſcribitur *Nicetæ*, plura Gregorii Scripta illuſtrantis. *Membr.*

31. Ejusdem *Gregorii* (juxta additam Inſcriptionem) Archi Epiſcopi Conſtantinopolitani,(de quo Elogio vid. *Rittersh. Lect. S.* Lib. 2. cap. 11. & 32. conf. *Laun.* de Dionyſio Areop. part. 2. p. 269. & ſeqq. Edit. ult.) Sermones decem, *primus* εἰς τὴν βραδύτητα, id eſt, in tarditatem, ſcilicet ad ventûs vel reditûs ſui, habitus Feſto Paſchali; *ſecundus* in Sanctam Pentecoſten, *tertius* in Chriſti Nativitatem, εἰς τὰ θεοφάνια εἴτ' οὖν γενέθλια τοῦ σωτῆρος, vid. *Caſaub.* Exerc. 2. num. 33. *quartus* in laudem Baſilii M Archi Epiſcopi Cæſarienſis in Cappadocia ἐπιτάφιος, *quintus* idem cum primo Codicis proximi, *ſextus* idem cum quarto ejusdem, *ſeptimus* idem cum ſeptimo ejusdem & nono hunc antecedentis, *octavus* cum ſexto proximi, *nonus* cum ſecundo, *decimus* cum tertio &c. NB.

In eodem Codice exhibetur Synopſis ſeptem Conciliorum, uti vocantur, Oecumenicorum, cum ſignificatione, ubi, quando & à quibus unum quodque illorum fuit congregatum. *vid. num ſeqq.* Ex hoc Codice edidit *Hæſchelius*, Auguſtæ, 1595. conf. p. 547. n. 26.

Gregorii Nazianzeni Tetraſticha cum *Niceta Davidis* (Philoſophi) paraphraſi, ubi in medio non pauca deſiderantur.

Ejusd. ἀπόρρητα ſeu Arcana, cum paraphraſi, *Membr.* in 4to. Edidit *Hæſchelius* Græcè, Lugduni, 1591.

32. *Anaſtaſii* (non *Athanaſii*, uti habet error typographicus in Editionibus cæteris) *in Monte Sina Monachi*, & juxta quosdam poſt *Antiocheni Patriarchæ*, ὁδηγὸς, ſeu, Dux Viæ, conſtans capitibus viginti & quatuor, inprimis contra Neſtorium, Servetum, Paulum Samoſatenum, de DEO Patre, Filio & Spiritu Sancto, de æternitate, natura, hypoſtaſi, homouſia &c. NB. *Ex hoc Codice edidit cum Verſione Gretſerus, Ingolſtadii, 1606.* vid. p. 28. n. 44.

Ejusd. opus de Fide orthodoxa è S. Literis & Patribus collectum.

Severiani, Gabalenſis in Syria Epiſcopi Sermo in Dictum Apoſtoli, In Chriſto habitat omnis plenitudo DEI corporaliter Coloſs. 2.

Anaſtaſii Patriarchæ Theopolitani, Exegeſis actorum in Perſide.

Epiphanii

Epiphanii Synopſis hæreſεων, quarum matres & prototypi quatuor erant, nempè βαρβαρισμὸς, σκυθισμὸς, ἑλληνισμὸς, ἰουδαϊσμὸς. *vid. p. 23. num. 9.*

Epitome ſex Conciliorum uti vocantur Oecumenicorum, *vid.* num. *anteced.*

Vita *Theodori Studitæ* (τοῦ τῶν ϛουδίων ἡγουμένου) conſcripta à *Theodoro* Magiſtro τοῦ δαφνοπάτου, *Membr.* in 4to.

53. *Procopii Gazæi*, Sophiſtæ Chriſtiani Commentarii in octateuchum, libros porrò Regum & Paralipomενων, *Membr.* vid. pag. 7. num. 54.

54. *Johannis Epiſcopi Hieroſolymitani* Inſtitutiones Catecheticæ illuminatorum & Myſtagogicæ. David Hœſchelius adſcribit Cyrillo; qui verò primùm edidit Indicem Manuſcriptorum Bibliothecæ hujus, ante hos centum Annos, *Johanni* adſcribit, & exindè *Ehingerus* quoque. *Simlerus* Epitomes Bibliothecæ Geſneri Author ita de eo ſcribit: In indice librorum, quos Auguſtana Reſpublica emit ab *Antonio Eparcho*, Corcyro, de quo vid. Lamb. Comment. de Bibl. Cæſar. Vindob. L. V. p. 118. nominantur *Johannis Epiſcopi Hieroſolymitani*, Catecheſes φωτιζομένων & Myſtagogicæ quinque. Quare videndum eſt, ne fortè *Johannis* ſint, qui longè poſterior fuit *Cyrillo*, quæ tamen alteri de induſtria fortè ſint adſcripta, ut plus haberent authoritatis. Quid de hâc ſuſpicione *Simleri* ſit ſtatuendum, vid. *Rainold.* de Apocr. T. 1. p. 328. *Qui inter alia obſervat, Theodoretum citare quadam ex Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſibus, addens, Johannem quendam proximè ſucceſſiſſe Cyrillo &c. vid. p. 27. n. 36. conf. pag. 5. n. 12. NB. In eodem Codice ſunt etiam* S. Ignatii Martyris, Epiſcopi Antiocheni, duodecim Epiſtolæ ad diverſos ſcriptæ, de quibus poſt omnes alios vid. *Ephemerides Gallorum*, p. 539 Edit. poſter. *Membr.*

55. *Gregorii Nyſſeni* Homiliæ viginti ſeptem, & inter eas *prima* de Divinitate Filii & Spiritus Sancti. Edidit *Haſchelius* An. 1591. *ſecunda* in Natalem Domini, *tertia* in S. Stephanum proto-

Martyrem, *quarta* in laudem fratris Baſilij M. *quinta* in S Baptiſma, *ſexta* in defunctos, *ſeptima* in verba Chriſti, Quatenus feciſtis uni ex his minimis &c. Matth 25. *octava* in S. Martyrem Theodorum, *nona* in funere Meleſii, Antiochiæ Epiſcopi, *nona & decima* de Martyribus quadraginta, *undecima & duodecima* de Feſto Paſchatis & reſurrectione Dominicâ, *decima & tertia* de Adſumtione Dominicâ, *decima & quarta* contra pnevmatomachos ad Euſtathium, *decima & quinta* de eo, quod dici non oporteat, tres eſſe DEOS, ad Ablabium contra Sabellianos; *decima & ſexta* de differentia οὐσίας καὶ ὑποςάσεως, id eſt, Eſſentiæ & perſonæ, ad Petrum Fratrem; NB. *Hæſchelius* obſervat, hanc Homiliam reperiri etiam in operibus Baſilii M. *decima & octava* de infantibus, qui Morte immaturâ abripiuntur, ad Hierium, *decima & nona* de Fide ad Simplicium, *vigeſima* de chriſtianiſmo ad Harmonium, *vigeſima & prima* in dictum Apoſtoli, Tunc & ipſe Filius ſubiicietur Ei &c. 1. Cor. 15. *vigeſima & ſecunda* in funus Pulcheriæ Imperatricis, *vigeſima & tertia* in Placillam Imperatricem, *vigeſima & quarta* in Pſalmum ſextum, *vigeſima & quinta* in laudem Gregorii Neocæſarienſis Thavmaturgi vid. n. 27. ſeqq. *vigeſima & ſexta* de Beatitudinibus, *vigeſima & ſeptima* in orationem Dominicam &c. *Membr.*

36. B. *Maximi* τοῦ ὁμολογητοῦ id eſt, Confeſſoris opuſcula, *primum* de variis S. Scripturæ dubiis ad Thalaſſium, *ſecundum* de varijs eorum dubiis, quæ Dionyſius Areopagita & Gregorius Nazianzenus ſcripſerunt, ad S. Thomam & Joh. Archi Epiſcopum Cyzici, *tertium* de duabus naturis in Chriſto, contra Arium, Neſtorium, Sabellium & Eutychen, *quartum* de Animæ incorporeitate, ad Johannem Archi Epiſcopum, *quintum* de Animæ potentia poſt Mortem ad Jordanem Presbyterum, *ſextum* de deſertrice Monaſterii pœnitente ad Antiſtitam, *ſeptimum* de oratione Dominicâ, *octavum* περὶ τῆς κατὰ Θεὸν λύπης, id eſt, de triſtitia ſecundum DEUM, ad Johannem Cubicularium, *nonum* de vero Eccleſiæ DEI dogmate, contra Severum, *decimum* de Eſſentia & perſonâ,

perſonâ, ad Coſmam Alexandriæ Diaconum, *undecimum* contra Monothelitas, duodecimum περὶ φυσικοῦ θελήματος, βουλήσεως, προαιρέσεως &c. id eſt, de naturali Voluntate, Conſilio, propoſito, ad Marinum Sanctiſſimum Presbyterum, *duodecimum* Dogmaticum, ad Marinum in Cypro Diaconum, *decimum & tertium* in verba Chriſti, Pater, ſi fieri poteſt &c. Matth. 26. *decimum & quartum* continens Definitiones varias, *decimum & quintum* de Myſtagogia Eccleſiaſticâ, (Definitiones & Myſtagogiam cum Interpretatione Latinâ edidit *Hæſchelius*, Auguſtæ 1589. vid. p. 129. n. 38.) *decimum & ſextum* de Pſalmo quinquageſimo & nono *decimum & ſextum* exhibens Anomæi ſeu Arianiſtæ cum orthodoxo Colloquium, *decimum & ſeptimum* aliud inter eos colloquium, *decimum & octavum* Macedoniani cum orthodoxo colloquium, (*decimum & nonum* S. Athanaſii adverſus Apollinarium, *vigeſimum* inter Gregorium orthodoxum & eundum Apollinarum diſceptationis compendium,) *vigeſimum & primum* de Animâ, *vigeſimum & ſecundum* de Canone Paſchali, *vigeſimum & ſecundum* de quibusdam Aſceticis, *vigeſimum & tertium* de Dilectione, ad Elpidium Presbyterum, *vigeſimum & quartum* de Theologia & Myſterio Incarnationis, deque Virtute & vitio, cum interſertis hincinde ad varios Epiſtolis argumenti non unius &c. *Membr.* NB. conf. p. 23. n. 11.

37. *Baſilii* M. Archi Epiſcopi Homiliæ quadraginta & ſex; *prima* in principium Pſalmi primi, *ſecunda* in Pſalmum ſeptimum, *tertia* in Pſalmum decimum & tertium, *quarta* in Pſalmum eundem & contra fæneratores, *quinta & ſexta* in Pſalmum vigeſimum & octavum, *ſeptima* in Pſalmum vigeſimum & nonum, *octava & nona* in Pſalmos trigeſimum ſecundum & tertium, *decima* in Pſalmum trigeſimum & ſeptimum, *undecima & duodecima* in Pſalmos quadrageſimum quartum & quintum, *decima tertia & quarta* in Pſalmos quadrageſimum octavum & nonum, *decima & quinta* in Pſalmum ſexageſimum & primum, *decima ſexta & ſeptima* in Pſalmos centeſimum decimum quartum & quintum &c. *decima*

& octava

& octava in verba Divitis, deſtruam τὰς ἀποθήκας, id eſt, Horrea &c. Luc. 12. *decima & nona* πρὸς τὺς πλυτῦντας, ad divites, *vigeſima* in Martyrem Julittam, *vigeſima & prima* in principium Evangelii Johannis, *vigeſima & ſecunda* de gratiarum actione, *vigeſima & tertia*, quod DEUS non ſit cauſa malorum, *vigeſima & quarta* de præcepto Moſis, πρόσεχε σεαυτῷ, *vigeſima & quinta* contra hominem iratum, *vigeſima & ſexta* de Invidia, *vigeſima & ſeptima* ἐν λακιζοῖς dicta, *vigeſima & octava* de Scriptis gentilium cum fructu legendis, *vigeſima & nona* ἐν λιμῷ καὶ αὐχμῷ dicta, *trigeſima* de Fide, *trigeſima prima & ſecunda* de Jejunio, *trigeſima & tertia* κατὰ μεθυόντων, id eſt, contra Ebrios, *trigeſima & quarta* Adhortatio ad S. Baptiſma, *trigeſima & quinta* in Martyres quadraginta, *trigeſima ſexta & ſeptima* in Gordium & Barlaamum Martyres, vid. p. 30. n. 53. *trigeſima & octava* in Natalem Chriſti, *trigeſima & nona* contra Sabellianos, Arium & Anomæos, *quadrageſima* de Humilitate, *quadrageſima* & *prima* πρὸς παρθένον ἐκπεσῦσαν, id eſt, ad deſerticem Monaſterii, *quadrageſima* & *ſecunda* πρὸς μονάζοντα ἐκπεσόντα, id eſt, ad deſertorem Monaſterii, *quadrageſima* & *tertia* ad calumniantes ipſum, quod tres DEOS dicat, *quadrageſima* & *quarta* ejusdem argumenti cum trigeſima & nona, *quadrageſima* & *quinta* ejusdem argumenti cum trigeſima prima & ſecundâ, *quadrageſima* & *ſexia* περὶ ἀκαταλήπτυ, id eſt, de incomprchenſibili &c. NB. In fine Codex hic mutilus eſt, *Membr.*

38. Ejusdem *Baſilii* Commentarius in Eſaiam, *Membr.* vid. n. 24. ſeqq.

39. Ejusd. Epiſtolarum Tomus.

Series earum in hoc Codice ſequens eſt, 1. ad Gregorium 2. ad Euſtathium, 3. ad Olympium, 4. ad Gregorium, 5. 6. 7. & 8. ad Eundem, 9. ac Celevſium Principem, 10. 11. 12. & 13. ſunt amœbææ, Baſilii ad Apolinarium & hujus ad illum, 14. τοῖς δυτικοῖς, id eſt, ad occidentales, 15. ad Euſtathium Medicum, 16. ad Cives Satalanos, 17. ad Evnomium hæreticum, 18.

Aſcetis,

Aſcetis ſub ſe, 19. Palladio & Innocentio, Presbyteris & Monachis, 20. ad Eccleſiam Parnaſenam, conſolatoria, 21. ad Conjugem Prætoris Arinthæi, itidem conſolatoria, 22. ad Boſphorium Epiſcopum, 23. ad Evaiſenos, 24. ad Terentium Comitem, 25. ad Epiſcopos maritimos, 26. ad Clericos Neocæſarienſes, 27. ad Nectarium conſolatoria, 28. ad hujus Conjugem itidem conſolatoria, 29. ad Nicopolitanos, 30. ad eorundem Presbyteros, 31. ad eosdem, 32. ad Clericos ibidem, 33. ad Cives ibidem, 34. ad Theodotum, Epiſcopum ibidem, 35. ad Eundem, 36. ad Eccleſiam Antiochenam, conſolatoria, 37. ad Diodorum ibidem Presbyterum, 38. ad Eundem, 39. ad Gregorium Presbyterum, 40. ad Presbyteros Antiochiæ, 41. ad Fratres Sympresbyteros, Acacium, Aetium, Paulum, & Silvanum, Silvinum, Lucium, Diaconos, & cæteros Fratres Monachos, 42. ad Eccleſiam Ancyranam conſolatoria 43. ad Athanaſium ibidem Epiſcopum, 44. ad Patrem Scholaſtici, conſolatoria, 45. ἀνεπιγράφως, itidem conſolatoria, 46. ad Maritum quendam, itidem conſolatoria, 47. ad Clericos Nicopolitanos, itidem conſolatoria, 48. πολιτευομένοις [illegible], 49. ad Cæſarium Gregorii Fratrem, 50. ad Macarium & Johannem, 51. ad Ducem Bellicum, 52. Conſolatoria, 53. ad Alexandrinos, 54. ad Athanaſium ibidem Epiſcopum, 55. 56. 57. 58. & 59. ad Eundem, 60. ad Petrum itidem Epiſcopum Alexandrinum, 61. ad Eundem, 62. ad Clerum Samoſatenum, 63. ad Evagrium Presbyterum, 64. ad Euſebium ibidem Epiſcopum, 65. 66. 67. 68. & 69. cum 70. ad Eundem, 71. iterum ad Eundem, 72. ad Presbyteros ibidem, 73. ad cives ibidem, 74. 75. 76. 77. 78. & 79. cum 80. iterum ad Euſebium eundem. 81. & 82. itidem ad Eundem, 83. ulterius ad Eundem (ἐν ἐξορίᾳ) in Exilio, 84. 85. & 86. porrò ad Eundem, 87. ad Eccleſiam Neocæſarienſem, conſolatoria, 88. ad Principem Civitatis ibidem, 89. ad Neocæſarienſium (τοὺς λογιωτάτους), id eſt, prudentiſſimos, 90. ad Atarbium ibidem, 91. iterum ad Neocæſarienſes,

92. ad Patrophilum Epiſcopum, 93. ad Eundem, 94. ad Meletium, 95. ad Epiphanium Epiſcopum, 96. ad Theophilum Epiſcopum, 97. ad Arcadium Epiſcopum, 98. ad Innocentium Romæ Epiſcopum, 99. ad Euphronium Armeniæ Epiſcopum, 100. ad Euſtathium Himeriæ Epiſcopum, 101. ad Theodotum Berrhoenſem Epiſcopum, 102. ad Otrium Melitenſem Epiſcopum, 103. ad Innocentium Romæ Epiſcopum, 104. 105. & 106. ad Euſtathium Sebaſtenum Epiſcopum, 107. ad Genethlium Presbyterum, 108. ad Hilarium, 109. ad Evlogium, Alexandrum & Harpocrationem, Epiſcopos Ægypti in Exilio, 110. ad Olympium, 111. ad Terentium Comitem, 112. ad Magneſianum Comitem, 113. ad Barſen Epiſcopum Edeſſenum in Exilio, 114. ad Eundem, 115. quod non oporteat jurare, 116. ad Urbicium Monachum, 117. ad Eundem, 118. ad Monachum, (ἐκπεσόντα) Apoſtatam, 119. ad Monialem (ἐκπεσοῦσαν) ordinis deſertricem, 120. ad Philagrium, 121. adhortatoria ad Monachos, 122. de perfectione Vitæ Monaſticæ, 123. de Monachis, 124. ad Elpidium Epiſcopum, 125. ad Eundem, 126. ad Presbyteros Tarſenſes, 127. ad fideles (περὶ κυριακοῦ) ibidem, 128. ad Meletium Epiſcopum, 129. ad Aſcholium Theſſalonicenſem Epiſcopum, 130. ad Eundem, 131. ad Meletium Epiſcopum, 132. ad Epiſcopos Diœceſews Ponticæ, 133. ad Ambroſium Mediolanenſem Epiſcopum, 134. ad Meleſium Epiſcopum, 135. & 136. ad Eundem, 137. ad Eupatrium & Filiam, 138. ad Amphilochium Iconienſem Epiſcopum, 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. ad Eundem, 160. ad Optimum Epiſcopum, 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. amœbææ Baſilii & Libanii, 183. de Differentia Eſſentiæ & Hypoſtaſeos, 184. ad Terentium Comitem, 185. 186. 187. 188. ad Gregorium Epiſcopum &c. 189. ad Glycerium, 190. ad Euſebium, Cyriaci Presbyteri Syſtatica, 191. ad Principem, 192. ad Armatium magnum, 193. & 194. ad

Trajanum,

Trajanum, 195. ad Martinianum, 196. ad Andronicum Principem, 197. ad Modeſtum Prætorianorum Aparchum, 198. ad Arinthæum, 199. ad Calliſthenem, 200. ad Moleſtum Eparchum, 201. ad Principem, 202. ad Heſychium, 203. ad Demoſthenem, 204. ad Athanaſium Patrem Athanaſii Epiſcopi, 205. ad Arcadium Comitem, 206. ad Himerium Magiſtrum, 207. ad Commentarienſem, 208. & 209. ad Numerarium Eparchum, 210. ad Tractatorem, τζαγγευτὴν, Eparchum, 211. ad Præfectum, 212. ad Helladium Comitem, 213. ad Comitem περιβάτων, 214. ad Ducem Sebaſtenum, 215. ad Valerianum, 216. ad Paconium Presbyterum, 217. ad Zoilum, 218. ad Evlancium, 219. ad Phalerium, 220. ad Jubinum Comitem, 221. & 222. ad Leontium, Sophiſtam, 223. ad Euſtathium Archiatrum, 224. ad Theodorum, 225. ad Sozopolitanos, 226. & 227. Ἀντίγραφον, id eſt, Exemplar Fidei; cui Euſtathius Sebaſtiæ Epiſcopus ſubſcripſit, cum ipsâ Ejusdem ſubſcriptione, 228. ad Epiſcopos occidentales Synodica, 229. ad Epiſcopos Gallos & Italos, περὶ τῆς καταστάσεως καὶ συγχύσεως, id eſt, de conſtitutione & confuſione Eccleſiarum, 230. 231. ad orientales, 232. ad Valerianum Illyrici Epiſcopum, 233. ad Pelagium Laodicenſem in Syria Epiſcopum, 234. ad conſentientes, ὁμοψύχους, Epiſcopos in Italia & Gallia, 235. ad Bitum Carenſem Epiſcopum, 236. ad Ambroſium Batnenſem Epiſcopum, 237. ad Atarbium, 238. ad Senatum Tyanorum, 239. ad Palladium, 240. ad Meletium Archiatrum, 241. ad Poimenium Satalenſem Epiſcopum, 242. ad Epiſcopum, 243. ad Calligraphum, 244. ad Notarium, 245. & 246. ad Antipatrum Præſidem, cum reſponſo Ejusdem, 247. ad Eundem, 248. ad Phiſtum & Magnum, 249. ad Chalcidenſes, 250. & 251. ad Berrhoenſes, 252. τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας, 253. ad Origenem, 254. ὑπερεχίῳ, 255. ad Jobinum Perſiæ Epiſcopum, 256. ad Phirminum, 257. ad Magnemianum, 258. ad Paſinicum Medicum, 259. ad Maximum Scholaſticum, 260. ad Julianum, 261 262. 263. 264. ad Cenſitorem. 265. & ſeqq. ad

Aburgium, 271. & 272. ad Bictorem Præfectum Belli, 273. ad Modeſtum Eparchum, 234. 235. 236. ad Eundem, 237. ad Sophronium Magiſtrum, 278. usque ad 283. incluſivè, ad Eundem, 284. ad Sophronium Epiſcopum, 285. ad Theclam, 286. περὶ τοῦ ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, id eſt, de eâdem Filii eſſentia cum Patre, 287. ad Theodoram, 288. & ſeqq. ad Elevtheram, 293. ad Julittam, 294. ad Curatorem hæredum Julittæ, 295. ad Patritiam Cæſarienſem περὶ κοινωνίας, 296. ἀνεπίγραφος de Eccleſia, 297. itidem ἀνεπίγραφος de Vita aſcetica vel Exercitatione, 298. iterùm ἀνεπίγραφος de Elpidio, 299. de Junone, 300. ad Eundem, 301. de Cognatis, 302. de Patritiatu, 303 de oppreſſis, 304. de Synodo, 305. de Hoſpitalitate, 306. de Appellatione, 307. de Paupertate, 308. de Sympathia erga Amicum, 309. de Admonitione, 310. de Conſolatione, 311. de Venatione, 312. de Apologia, 313. de Auxilio, 314. de Eccleſiæ προστασίᾳ ſive Imperio, 315. iterùm de Paupertate, 316. de Supplicatione, 317. de viris Virtute præditis, 318. de Imperio, 329. de Vita âſceticâ, de Viro circumſpecto, 321. de Leontio, 322. de Cognatis, 323. iterùm de Viro circumſpecto, 324. de Amico, 325. ad Eundem, 326. ἐπὶ ἀλείπτῃ, 327. de Viro pio, 328. de repetitione poſſeſſionum, 329. de Rapinâ, 330. ἐπὶ εἰσδικηταῖς, 331. ad eosdem, 332. de revelatione occultorum, 333. ὑπὲρ συντρόφου, 334. de Fœmina quâdam oppreſsâ, 335. ἀνεπίγραφος, 336. itidem ἀνεπίγραφος, 337. 338. & 339. ad Antiochum Presbyterum in Exilio, 340. ad Nectarium, 341. ad Dorotheum Presbyterum, 342. ad Monachos ab Arianis oppreſſos, 343. 344. 345. ad Gregorium, 346. ad Simpliciam, 347. & 348. Juliani ad Baſilium & hujus ad illum, &c. *Membr.* in 4°. NB. Primâ hujus Codicis pagina legitur adſcriptum, ex indè magnam eſſe factam acceſſionem ad editionem *Wolffgangi Muſculi &c.*

40. Ejusd. ἀντιῤῥητικοὶ tres contra Evnomium de Filio DEI & Spiritu Sancto.

Item ad *Amphilochium Iconii Epiſcopum* (NB. Malè legitur in cæteris Indicibus, quaſi hoc opusculum ſit *Iconii* alicujus, cùm nullus in

Anti-

Antiquitate Eccleſiaſtica Scriptor hoc nomine ſit cognitus; certum verò, *Amphilochium*, Baſilio amiciſſimum, *Iconienſem* fuiſſe Epiſcopum) de Spiritu Sancto.

Ejuſd. de Divinitate Filii capita duo & triginta.

Gregorii Nyſſeni de dormientibus oratio, *Membr.*

41. *S. Cyrilli, Alexandrini*, decem Dialogi de Trinitate, de quibus in Indice Manuſcriptorum hujus Bibliothecæ *Hæſchelius* intra parentheſin monet, quod eos hinc emendatos & redintegratos ediderit *Bonaventura Vulcanius* Latinè, *Ehingerus* autem, quod converterit eos quidem, ſed lucem non adſpexerint, adſpecturi autem ſint hujus Codicis beneficio & curâ *Johannis Auberti*, regii Pariſienſis Græcarum Literarum Interpretis, per quem etſi non omnia, pleraque tamen Cyrilli Alexandrini opera An. hujus Seculi poſt trigeſimum octavo, Græcè & Latine publicam adſpexerunt lucem, his de Trinitate Dialogis parti primæ Tomi quinti inſertis. *Membr.* conf. p. 30. & 31. n. 61. & p. 638. n. 18.

Subſellio ſecundo

p. 23. & ſeqq.

1. *THeodoreti*, Cyrenſis Epiſcopi, Interpretatio Pſalmorum quinquaginta priorum &c. *Membr.*

2. Ejuſdem in idem Pſalterium.

Expoſitio Cantici Moſis, Exod. 15. Authorum diverſorum.

Johann Chryſoſtomi Sermonum Catalogus,

Gregorii Nyſſeni Liber de Animâ, in fine lacerus, *Membr.* in 4. vid. p. 355. n. 53.

3. Ejuſdem *Theodoreti* Interpretatio Pſalmorum κατὰ λέξιν, ut & Expoſito Cantici Moſis diverſorum Authorum, ut, *Gregorii Nyſſeni, Philonis, Procopii* &c. *Chartâ.*

4. *Theophylacti*, Epiſcopi Bulgariæ, Expoſitio Evangeliorum SS. Marci & Lucæ, *Membr.* in 4.

5. Ejuſdem Expoſitio Epiſtolarum D. Pauli, conf. n. 19. anteced. *Chartâ.*

6. *Sibylla Carmina.* De hoc Codice monet *Haſchelius*, ea ex indè omnium primò edita eſſe Baſileæ, Interprete *Sebaſtiano Caſtalione*. Addit *Ehingerus*, eo etiam uſum fuiſſe *Xyſtum Betulejum*, à cujus manu hic & ibi ſunt Notæ marginales. Vid. p. 28. n. 43. & p. 50. n. 32.

Theodoreti Eclogæ de ambiguis S. Scripturæ quæſtionibus, in Pentatevchum, Joſuam & Indices, *Chartâ*, vid. pag 7. num. 57. ut & p. 835. n. 39.

7. *Theophylacti* Scholia in quatuor Evangeliſtas, *Chartâ*.

8. Ejuſdem Expoſitio duodecim Prophetarum, *Chartâ*.

9. πατερικὸν, id eſt, Quæſtiones à S. Patribus explicatæ, ut *Chryſoſtomo, Climace, Baſilio* &c.

Epiphanii Synophis hæreſεων, conf. n. 32. anteced. *Chartâ*, Codex paſſim exeſus carie.

10. Panoplia Dogmatica, continens excerptas ex Scriptis *Gregorii Nazianzeni & Johannis Damaſceni* demonſtrationes de uno DEO & Divinitate Verbi; ſimiliter Sententias

Dionyſii Areopagitæ, Athanaſii, Baſilii M. Amphilochii, Cyrilli Alexandrini, Chryſoſtomi, Gregorii Nyſſeni, & Maximi Monachi, contra Arianos, *Chartâ*.

11. *Maximi* Confeſſoris & Philoſophi diverſa capita Theologica & Oeconomica.

item de Virtute & malitia ἑκατοντάδες ſeu Centuriæ ſeptem.

Ejuſd. Centuriæ quatuor de Dilectione ad Elpidium, *vid. n. 10. ſeqq.*

Iterùm una Centuria de Theologia, καὶ περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, ſeu de Myſterio Incarnationis, *conf. n. 36. anteced.*

Johannis Damaſceni Logica,

Ejuſdem Definitiones Philoſophicæ,

Item expoſitio Fidei orthodoxæ, fine carens.

Gregorii Nyſſeni de Animâ & reſurrectione cum Sorore Macrina Dialogus, *Chartâ*, vid. num. 2. anteced.

12. *Oeco-*

12. *Oecumenii* Interpretatio Actorum Apoſtolicorum & Epiſtolarum omnium D. Pauli, nec non D. Petri, Johannis, Jacobi & Judæ, quæ dicuntur Catholicæ, *Membr.* Codex diligenter exaratus.

13. *Gregorii* Papæ Romani quatuor Dialogi, cum periochis eorundem. *Codex*, quem Meſſanæ in Sicilia emtum, ſed in fine mutilum, *Conſtantinus Laſcaris*, unus reſtauratorum Linquæ Græcæ in Italia, ſuâ manu ſupplevit, An. 1490. *Membr.* in 4to. *Melch. Cani* judicium de his Gregorii Dialogis legitur lib. 11. Locor. Theol. cap. 6.

14. *Cæſarii* Fratris Nazianzeni Reſponſio ad Quæſtiones à Conſtantino, Theochariſto, Andrea, Gregorio, Domno, Iſidoro, Leontio propoſitas, *conf. p. 861. n. 34.*

Diadochi, Photicæ Epiſcopi in Epiro veteri centum capita illuminantium vid. n. 20. ſeqq. conf. p. 34. n. 95.

Manuelis Palæologi Imperatoris Paræneticus ad filium Johannem &c.

Ejusdem Adhortatio ad Eloquentiam, *Item*, de Virtute & bono Principe.

Quod bonum naturâ omnibus gratum ſit, malum è contraria inviſum.

De Virtute & Felicitate, item de

Proæreſi & Voluntate, &, quod non ex naturâ aut extrinſecùs aliquis ſit malus, ſed quisque ſibimet ipſi exiſtat cauſa malitiæ: de Voluntate, cùm Anthitheſi &c. *Chartâ*, vid. p. 779. n. 11.

15. *Michalis Glycæ* Explicatio Quæſtionum dubiarum è Literis S. *Chartâ.*

NB. Codices nunc ſequentes ſunt in 4to.

16. Fragmenta de Feſtis Chriſti & Sanctorum per Menſes duodecim.

Epiphanii oratio de Sepulturâ Chriſti & Deſcenſu Ejus ad Inferos, in fine mutila.

Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani oratio in S. Mariam Virginem D E Iparam, cùm triennis in Templo ſiſteretur.

Chryſo-

Chryſoſtomi Homiliæ duæ in Natalem Chriſti, *Edidit Hæſchelius, Anno 1594.*

Nazianzeni oratio in eandem.

Chryſoſtomi in Stephanum proto Martyrem.

Amphilochii de Vitâ & Miraculis Baſilii M. imperfecta, *vid. n. 27. ſeqq.* NB. Bellarmino videtur ſuppoſititia.

Chryſoſtomi fragmentum Homiliæ in Herodem & Infantes.

Nazianzeni oratio in S. Theophania, *vid. n. 31. anteced. Serm. 8.*

Chryſoſtomi in ſuſcitationem Lazari.

Amphilochii in occurſum Domini &c. *vid. n. 30. anteced. & n. 27. ſeqq. Chartâ*, NB. In hoc Codice aliquot paginæ hic & ibi transpoſitæ, & lectio valdè difficilis eſt.

17. Catena in librum Ijobi, NB. è Bibliothecâ *Hæſchelii.*

18. Ejusdem Ijobi Enarratio, incerto, eoque haud ita vetere (ut videtur *Hæſchelio*) authore, ſub initium mutila.

Nazianzeni περὶ κατ' ἑαυτὸν ἔπη, id eſt, de rebus ad ſe pertinentibus Carmina, quibus ad piam in Chriſto vitam hortatur, cum Paraphaſi.

Ejusdem περὶ ἀρχῶν vel de Principiis fragmentum,

Joſephus de Maccabæis.

Michael Pſellus de Dæmoniis, fine mutilus, *chartâ*, vid. p. 622. n. 37. & p. 634. num. 45 ut & p. 678. n. 50.

19. *Nazianzeni* Homiliæ ſedecim, 1. & 2. in S. Paſcha, 3. in Dominicam ſeu Hebdomadem novam, 4. in Pentecoſtem, 5. in Maccabæos, 6. in Martyrem Cyprianum, NB. vid. n. 30. in anteced. 7. *εἰς τὴν ἐξισωτὴν, καὶ εἰς τὴν ἀπογραφὴν*, id eſt, in Julianum tributorum exæquatorem & in ipſam deſcriptionem. 8. in Chriſti Nativitatem, 9. in laudem Baſilii M. 10. in S. Lumina, 11. in S. Baptiſma, 12. in Gregorium Nyſſenum, 13. in S. Athanaſium, 14. in præſentia centum & quinquaginta Epiſcoporum habita, 15. de pauperum amore, 16. in plagam grandinis, cum Scholiis ad marginem ſingularum, NB. Pleriq; hi Sermones habentur etiam in Codic. anteced. n. 27. 29. 30. & 31. Inſuper ſunt in hoc Codice.

Libellus de conſtructione Verborum.

Dictionariolum alphabeticum.

Gregorii cujusdam Compendium Logicum.

Fragmentum de interpunctionibus ſeu diſtinctionibus.

Maximi Planudis de Grammatica Dialogus.

Ejusdem de Syntaxi,

S. Metropolitæ Corinthii de Dialectis.

Regulæ de Accentibus, *charta.*

20. *Caſſianus* Abbas de Cœnobiis in Ægypto & oriente, illorumque Canonibus, ut & Ejusd.

Narratio de duodecim Patribus, qui convenerunt de ſuis ipſorum recte factis, *vid. p. 111. n. 39.*

Maximi Monachi Centuriæ quatuor de Dilectione, quarum prima & initium ſecundæ usque ad caput ſeptimum deeſt, duæ autem poſteriores adſunt integræ, *vid. n. 11. anteced.*

Nili Sententiæ περὶ τῶν τῆς κακίας λογισμῶν, id eſt, de vitioſis cogitationibus, nimirum, Gula, fornicatione, avaritia, ira, triſtitia, acedia, inani gloria, ſuperbia, *vid. p. 47. num. 2. item p. 635. n. 11.*

Caſſianus Abbas Romanus de iisdem.

Nili Monachi de precatione capita centum quinquaginta & duo.

Ejusdem Inſtitutio Monachorum adhuc juniorum.

Paræneſis ad Monachos.

Epiſtola ad Anaſtaſium Epiſcopum.

Methodii Epiſcopi adverſus eos, qui Chriſti adventum in Carnem Eliæ negant profuiſſe.

Ejusdem de Filii DEI Incarnatione & Paſſione.

Adverſus eos, quos Chriſti Crucis pudet.

S. Cyrilli Explicatio Parabolæ de Oeconomo injuſto, Luc. 16.

Nili Monachi varia ad Animæ cuſtodiam capita.

Ejusdem περὶ παθῶν, id eſt, de adfectibus.

Item σκέμματα, ſeu Problemata.

Gnomæ animum à rebus caducis invitantes ad Divinas
Definitiones adfectionum animæ rationalis.

Sententiæ quædam aliæ, à *Michale Neandro* Lipſiæ ſub titulo κεφαλαίων editæ, cum aliis pluribus hujus generis, vid. p.767. n.15.

περὶ λογισμῶν, id eſt, de Cogitationibus ratiocinativis.

Diadochi definitiones Fidei decem, & capita centum illuminantia, *vid. n. 14. anteced. & n. 24. ſeqq.*

Joh. Carpathii ad duodecim Monachos Indiæ.

Ejusdem Capita centum & ſeptendecim, &c. *vid. p. 28, n. 48.* *Item*, de Dilectione & Continentia.

Ad Paulum Presbyterum Centuriæ quatuor.

Chilonis Conſilium de vita accuratè & ſecundum Virtutem inſtituendâ.

Vitæ quorundam Sanctorum, videlicet, *Joh. Lycopolitani, Didymi, Paphnutiorum, Apollo, Copre, Patermathii, Melanarum, &c.*

Hippolyti Narratio de quâdam Virgine conſervatâ.

Doctrina Patrum de peccatorum confeſſione.

Canones Eccleſiaſtici, Apoſtolorum, ſex Synodorum & S. Patrum.

NB. Quæ hactenus in Codice hoc leguntur, ſunt exarata à manu veteri,

Sequentia autem à manu recentiore.

συμβουλία νοὸς ἑκάστου πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, id eſt, Conſultatio mentis unius cujusque cum Animâ.

Præceptiones S. Patrum utiles animæ.

de *Hieronymo* quædam narratio.

De Virginitate & Matrimonio.

Dionyſius Areopagita de Hierarchia Eccleſiaſtica ad Timotheum.

Item de Baptismate & Synaxi, ut &

de laude SS. Trinitatis.

Simeonis Euchaitarum Metropolitani Epiſtola ad Joh. Monachum &c.

Baſilii

Baſilii Homilia de nuntio vitæ remittendo & perfectione, *Charta.*

21. S. *Athanaſii* Archi Epiſcopi Alexandrini, Explicatio dubiarum in S. literis Quæſtionum ad Antiochum principem, *Charta.* conf. p. 864. n. 12. NB. *Hæſchelius* in Indice hanc adponit cenſuram, ψευδεπίγραφον eſſe vel indè conſtat, quod Chryſoſtomus, Scala Johannis, Maximus, Nicephorus & alii in illo citantur.

Præter *Sixtum* Senenſem, *Poſſevinum* & alios ſimiles, qui hoc agunt ex profeſſo vid. *Bellarm.* Recog. ad lib. 4. de Concil. cap. 9. §. 18. conf. *Montac.* orig. Eccleſ. part. poſter. p. 102. & 103. *Lamb.* de Bibl. Vindob. L. III. p. 97. & L. V. p. 229.

22. *Clementis Alexandrini* Stromatum Epitomes fragmentum, *Chartâ.*

NB. Idem *Hæſchelius* obſervat, Ex hoc Codice quædam reſtituta fuiſſe in Editione Commeliniana.

23. *Davidis*, Monachi cujusdam, Hiſtoria ſuccincta de Hæreſi Barlaami & Acindyni, ſub Regno Imperatorum Cantacuzeni & Palæologi, *vid p. 762. num. 3.*

Philothei Heracleæ Metropolitani Sermones dogmatici adverſus eosdem ſcripti, & παρὰ τῶν ἁγιοριτῶν (*Hæſchelius* in margine addit, per Hagioritas intelligo Monachos, quos D. *Chryſoſtomus* vocat τοὺς ἐν ὄρει id eſt, in Montibus viventes) Hieroſolymam miſſi.

Gregorii Palamæ, Theſſalonicenſis Metropolitæ, Expoſitio Fidei orthodoxæ.

Philothei modò nominati itidem Confeſſio Fidei &c.

Fragmentum ex Actis Concilii ſexti, ut vocatur, œcumenici.

Matthæi, Monachi & Presbyteri Theſſalonicenſis, de Divinâ Gratia & Lumine, adverſus eos, qui creaturam dixêre.

Tractatus de iis, qui ſpuria & aliena docent in Eccleſia. *Chartâ.*

24. Sententiæ variorum Authorum tam Sacrorum, quàm profanorum, de variis.

Baſilii M. protheoria expoſitionis in Eſaiam, *vid. n. 38. anteced.*

Diadochi definitiones &c. vid. n. 14. & 20. *chartâ.*

25. *Simeonis*, Theologi, junioris dicti, aliàs Metaphraſtis, qui Presbyter & Præpoſitus erat Monaſterio S. Mamantis ad Xylocercum Conſtantinopoli (vid. Th. *Reineſ.* Var. Lect. lib. III. cap. 5. p. 438.) Sermones triginta tres, *vid. p. 223. num. 2.*

Ejusdem, ἔρωτες ſive Amores Hymnorum Divinorum. Item εὐχαριστία ſeu gratiarum actio ad DEUM, *chartâ*, Codex valdè corruptus.

26. *Andreæ*, Cæſarienſis in Cappadocia Archi Epiſcopi, in Apocalypſin, *chartâ*, vid. p. 7. num. 46.

27. *Chryſoſtomi* Sermones duo, prior in S. Theophania, alter in Parabolam de filio prodigo, Luc. 15.

Gregorius Nyſſenus de vita Gregorii Thavmaturgi.

Baſilii, Seleucienſis Epiſcopi Sermo de ſanctis Infantibus.

Eclogæ ex Sermone Ejusdem de Infantibus immaturè abreptis ad Hierium, *vid. num. 35. anteced. Serm 18.*

Gregorii Nazianzeni Sermo in Sancta Lumina Epiphaniorum.

Amphilochii ut putatur, Sermo de Vita & Miraculis Baſilii M. vid. n. 16.

Johannis Presbyteri Eubœenſis Sermo in cædem Infantum.

Amphilochii in occurſum, item in Simeonem & Hannam, *vid. n. 20. anteced.*

Ejusdem adverſus Arianos Sermo, *chartâ.*

28. *Chryſoſtomi* ἀπανθίσματα, id eſt, Homiliæ è diverſis Ejus Scriptis collectæ à *Theodoro* quodam, uti videtur, Magiſtro, nimirum de Providentia, Anima, voto, dilectione, Eleemoſyna, Virtute & vitio, Virginitate, Fortitudine & robore, Pœnitentia, Jejunio & Temperantia, ingluvie & Ebrietate, peccato & confeſſione, futuro Judicio, Morte, tolerantia malorum & longanimitate, odio & inimicitiis, faſcino & invidia, ira & furore, περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας, id eſt, de dolore & animi dejectione, Eccleſiâ ejusque Myſteriis

non

non contemnendis, Animi humilitate, arrogantia & inani gloria, Divitiis & paupertate, avaritia, felicitate & infelicitate, ſilentio & arcanis, jurejurando, Doctrinâ & admonitione, Magiſtratu, poteſtate & Gloria, adversâ valetudine, Mulieribus & pulchritudine, Puerorum inſtitutione, laudibus Pauli; NB. in fine mutila eſt hæc Homilia, *charta*, NB. Plerique hi Sermones paucis exceptis leguntur etiam in Codice ſuperius laudato, n. 16. anteced.

29. *Joh. Damaſceni* Scripta Philoſophica, & inter ea præſertim Logica.

Ejusd. librorum de orthodoxâ Fide Editio accurata, *chartâ*, vid. num. 11.

NB. Utriusque hujus Codicis ope opus hoc *Damaſceni* de orthodoxâ Fide editurus eſt proximè cum Verſione & Notis D. *Veielius*, Eccleſiæ Ulmenſis non ſolum, ſed univerſæ ornamentum ſingulare.

30. Ejusdem *Damaſceni* liber de hæreſibus, cujus initium idem cum initio Synopſεως Epiphanii.

Fragmentum *Theodoreti* de Maſſilianis.

Timothei Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Presbyteri, de diſcrimine eorum, qui Fidem recipiunt chriſtianam.

Fragmentum è Synodico *Sophronii* de Hæreſibus & hæreſiarchis.

De naturâ & hypoſtaſi opinio Severianorum, è quartâ oratione Joh. Grammatici, Tritheitæ dicti.

De Eccleſia & Succeſſione Eccleſiaſticâ.

Joh. Monachi τȣ̃ νηϛευτȣ̃, id eſt, Jejunatoris Canon de diverſis perturbationibus, quæ poſſunt incidere.

Fragmentum è Conſtitutionibus Eccleſiaſticis *Nicephori* Patriarchæ Conſtantinopolitani & aliorum Patrum Scriptis, *chartâ*.

In eodem Subſellio

p. 30.

NUm. 53. *D. Baſilii* Homiliæ undecim in primum caput Geneſeos de opificio ſex dierum, dictum vulgò Hexameron. NB. In hoc Codice duæ poſteriores Homiliæ adſcribuntur *Gregorio Nyſſeno*, ſed judice *Hæſchelio* perperàm, propter ſequentem Tractatum, qui ejusdem argumenti quidem eſt, ſed non ejusdem Methodi, vid. *Bellarm.* de Script. ad *Baſilium & Gregorium, &c.*

Gregorii Nyſſeni liber περὶ κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου, id eſt, de ſtructurâ vel formatione hominis, ad Petrum fratrem, *conf p. 88. n. 10. Lambecius* Lib. I. de Bibl. Vindob. p. 43. & ſeqq. monet, hunc Librum poſt *Friſium* à *Poſſevino* perperàm vel Georgio, vel Gregorio *Nicetæ* adſcribi.

Baſilii Homiliæ in Natalem Chriſti, Adhortatio ad S. Baptiſma, oratio in quadraginta Martyres, Alia in Gordium Martyrem, iterum alia in, non Barbaram, ſed *Barlaam* Martyrem, contra ebrioſos & iracundos, de Invidia, in dictum Moſis, *Attende tibimet ipſi*, de Jejunio, DEUM non eſſe authorem mali, *chartâ.*

NB. Omnia diligenter exarata, & pleraque habentur n. 37. anteced.

Inter Libros Hiſtoricos

Pluteo inferiori quarto

p. 483.

NUm. 3. Vita S. Andreæ, (*fortè Cretenſis Archi Epiſcopi, ex Hæſchelii conjecturâ*) in quâ præter Hiſtorica continentur explicationes multarum Quæſtionum, tam Theologicarum, quam Philoſophicarum. NB. *Codex non circa finem modò, ſed in medio etiam hinc indè mutilus*, in 4to.

Pluteo

Pluteo quinto,

p. 488.

NUm. 34. *Simeon* Metaphraſtis de Vitis Sanctorum (de quo opere dignum eſt, quod legatur, Judicium *Bellarmini*, in Scriptoribus Eccleſiaſticis) Menſis Maij, interque alios *Jeremiæ, Athanaſii, Zachariæ, Ijobi*, (ex Joh. Chryſoſtomo) *Johannis Apoſtoli & Evangeliſtæ*, (ex Theodoro Studita) *Arſenii*, (ex Eodem) *Achatii, Chriſtophori, Quadrati, Epiphanii, Germani, Conſtantini Imper. & Helenæ &c.* (authore Andreâ Cretenſi) *Theodoſiæ, Nicephori &c.* authore Michaele Monacho, *Membr.* NB. vid. n. 16. anteced.

N. 35. *Andreæ*, Cretenſis Archi Epiſcopi, oratio in Natalem Beatæ Virginis DEIparæ.

Johannis Damaſceni Homilia in eandem.

Simeonis Metaphraſtæ Sermones de Vitis Sanctorum Menſis Septembris, nempe *S. Romuli, Zenonis & Macarii, S. Sebaſtiani, S. Menodoræ, Nymphodoræ & Metrodoræ, trium Virginum & Martyrum, S. Avtonomi, S. Cornelii Centurionis &c.*

Ejusdem de Inventione S Crucis.

Martyrium *Sophiæ* & ejus filiarum, *Fidei, Spei & charitatis, SS. Trophimi, Sabatii & Dorymedontis, S. Aſtatii* & Conjugis *Theopiſtæ*, ut & filiorum *Agapii & Theopiſti &c.*

Antipatri, Boſtrenſium Epiſcopi, Homilia in Conceptionem Joh. Baptiſtæ, *vid. p. 19. n. 20.*

Ejusdem Metaphraſtæ Vita S. Euphroſynes Alexandrinæ.

Hypomnema in Johannem Apoſtolum & Evangeliſtam.

Martyrium S. Calliſtrati & conſortium S. Charitonis, S. Cyriaci Anachoretæ, S. Gregorii Armeniæ Epiſcopi.

Coſmæ Veſtetoris in B. Virginem Mariam, Ejusque Parentes juſtos, Joachimum & Annam.

Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani Homilia in Natalem DEIparæ.

Leonis

Leonis, piiſſimi Regis, Homilia in eandem.

Joſephi Theſſalonicenſis Archi Epiſcopi, Homilia in Sanctam & vivificam Crucem.

Andreæ, Cretenſis Archi Epiſcopi, Sermo in Exaltationem S. Crucis,

Vitæ Sanctorum Menſis Octobris, videlicet, S. Ananiæ, S. Cypriani & Juſtinæ, S. Dionyſii Areopagitæ, S. Charitenæ, S. Thomæ Apoſtoli, S. Eulampii & Eulampiæ; S. Carpi & Papyli, SS. Nazarii, Gervaſii, Protaſii & Celſii, S. Luciani, S. Longini Centurionis ad Crucem Chriſti, S. Lucæ, S. Vari, S Andreæ Confeſſoris, S. Artemiſii, S. Hilarionis, S. Abercii Hierapolitani Epiſcopi, S. Jacobi Apoſtoli Fratris Domini, S. Martiani & Martyrii, S. Anaſtaſiæ Romanæ, S. Abramii, S. Zenobii & Sororis Zenobiæ &c.

p. 489.

N. 36. Ejuſdem *Metaphraſtæ* November de Vitis Sanctorum, nempè S Coſmæ & Damiani, S. Acindyni, Pegaſii, Anempoliſti, Aphthonii & Elpidiphori, S. Acepſimæ, Joſephi & Aithalæ, S. Joannicii, S. Galactionis & Epiſtemes, S. Pauli Confeſſoris, S. Hieronis & conſortium (NB. Interſeritur *Chryſoſtomi* Homilia de Seraphim) S. Matronæ, Theoctiſtæ Lesbiæ, Mænæ Ægyptii, Johannis Eleemonis Archi Epiſcopi Alexandrini, vid. p. 15. num. 9. Chryſoſtomi, &c. *Membr.*

p. 491.

Num. 48. *Philonis* Judæi opera, nominatim de Circumciſione, Monarchia, honoribus Sacerdotum, Animalibus ad Sacrificia deſtinatis, obferentibus victimas, (περὶ τῶν μετονομαζομένων, id eſt, de Nominum mutatione) Hoc opuſculum cum duobus aliis edidit *Hæſchelius*, vid. p. 29. n. 52. allegorica Explicatione legum Sacrarum, rerum Divinarum hæreditate, præmiis & pœnis, imprecatione vel execratione, περὶ ἀνδρείας, id eſt, de fortitudine, Vitâ Moſis, Coſmopœia, Decalogo, conſtitutione Principum, hominis probi

probi libertate, Vita theoreticâ, (vid. *Henr. Valeſ.* ad *Euſeb. Hiſtor. Eccleſ.* L. II. c. 17.) mercede Meretricis, περὶ τῶν ἀναφερομένων, id eſt, de oblationibus, vitâ civili, prudentiâ in Flaccum; legatione ad Cajum, Judice, (vid. *Selden. de Synedr.* L. II. c. 15. p. 575. & ſeqq.) cui adnexum περὶ φιλανθρωπίας, id eſt, de Humanitate, Sacerdotibus, Cherubim, agricultura. (*Hac hactenus antiquiore manu, ſunt exarata, reliqua & ſequentia recentiore.*) Divinitatis immutabilitate, Gigantibus, περὶ ἀποικίας, id eſt, Exilio, collectione ad Propædiam neceſſariorum, allegorica explicatione Hexameri, Inſomniis divinitus immiſſis, ſeipſo, vitâ Sapientis &c. *Membr.* conf. pag. 5. num. 5. & p. 27. n. 35. ut & p. 49). n. 48.

Inter Libros Philoſophicos
Pluteo inferiori ſexto

p. 754.

NUm. 6. *Joh. Sinaitæ, Abbatis*, aliâs Scholaſtici, Climax ſeu Scala, continens Sermones varios, ut περὶ ἀπροσπαθείας, id eſt, Antipathia, Hoſpitalitate, Inſomniis, Memoria, Morte, περὶ ἀοργησίας, id eſt, Manſuetudine, malorùm reminiſcentia, contradictione, loquacitate, mendacio, Securitate &c. *cum interpretatione Eliæ &c. vid. p. 875. n. 41.* conf. Lamb. de Bibl. Vindob. T. 4. p. 189. & ſeqq.

Ejuſdem Liber ad Paſtorem, cum Scholiis, *Membr.*

Num. 7. Ejuſdem Sermones iidem, ſine Scholiis.

8. Idem opus adhuc ſemel.

9. *Johannis* Monachi, πνευματορήτορ☉ Diſputatio inter corpus & Animam, in 4to.

NB. *Hæſchelius obſervat*, ejuſdem argumenti opuſculum antehac Pariſiis editum eſſe ſub nomine, *Gregorii Palamæ.*

10. Ἀπομνημονεύματα, id eſt, Dicta & facta memorabilia diverſorum Theologorum, Poetarum & Philoſophorum.

p. 755.

N. 12. *Michaelis Pſelli* Dioptra, continens Sermones quatuor, quibus Diſputatio inter Animum & corpus continetur, adlatis Diverſorum S. Patrum teſtimoniis. Ad calcem eſt locus *Nicolai* Methonæ Epiſcopi de SS. Trinitate, & alius *Gregorii* Thavmaturgi, in 4to.

13. *Nemeſii* Epiſcopi Emeſeni de Naturâ hominis liber, *vid. p. 758. num. 5.*

Gregorii Nyſſeni de Animâ & reſurrectione Diſputatio cum Sorore Macrinâ, vid. p. 23. num 2 & 11.

Damaſceni oratio pro defunctis, *Membr. & Chartâ*, in 4to.

p. 756.

Num. 22. opuſculum ad S. Patrem Coſmam.

Marci Abbatis ἀντίζυγα Virtutum & vitiorum, cum fragmentis aliorum quorundam opuſculorum.

Theodoreti Θεραπευτικὰ, id eſt, curationes adfectionum Græcarum.

Boetii libellus de Arte Dialecticâ, *vid. num. 8. ſeqq.*

Fragmentum Muſicum &c. *in 4to.*

Pluteo ſeptimo,

p. 761.

NUm. 8. *Procli* Diadochi (juxta cenſuram Lambecii, Lib. I. de Bibl. Vindob. p. 147. & ſeq. non Patriarchæ Conſtantinopolitani, cui opus hoc adſcripſiſſe *Verderium*, in iteratâ Editione Bibliothecæ Conſtantinopolitanæ, monet ibid.) καθ' ἕλληνας Θεολογικὴ ςοιχείωσις, id eſt, Elementa Theologica ſecundum Græcos *conf. p. 24. 25. & 26.*

Ejusdem ςοιχείωσις φυσική, id eſt, Elementa Phyſica, *vid. p. 758. num. 5.*

Boetii de Arte Dialectica, *vid. n. 22. anteced.*

Ejusdem

Ejuſdem *συμβιβασμὸς διαφέσεως τῶν τόπων*, ſeu Conciliatio locorum differentium *Themiſtii & Ciceronis*.

Procli de Theologia Platonis liber primus cum principio ſecundi, *vid. p. 756. n. 23. & 24.*

Ariſtoteles de coloribus, Fragmentum de figuris Syllogiſmorum, *in 4*[to].

p. 762.

Num. 3. Ecphraſis eorum, quæ à Barlaamo & Acindyno ſunt diſputata circa Transfigurationis Dominicæ hiſtoriam, cum Scholiis ad marginem, *lectu difficilis*, vid. n. 23. anteced.

Epitome characterum *Theophraſti*, vid p. 865. n. 56. inter Mſcr. Gr. Item opuſculum Rhetoricum, & libellus de Articulis.

Index vocum Græcarum Alphabeticus, cum expoſitione earum.

Cyrilli fragmentum Lexici.

Cato Planudis, cum expoſitione interlineari, *conf. p. 387. n. 78.*

Fragmentum Similitudinum ex Animalibus deſumtarum, *in 4*[to].

Subſellio ſexto,

p. 779.

NUm. 19. *Dionyſii* vulgò Areopagitæ Hierarchici Sermones octo:

Sermo in reſuſcitationem Lazari.

Urbium Europæ, Africæ, Aſiæ illuſtrium longitudo & latitudo.

Etymologia numerorum ab unitate ad denarium usque.

Geometriæ rudimenta.

Libanii locus de uſu & abuſu Vini.

Iſagoge in magnam Syntaxin ſive Structuram *Ptolemai*, Trapezuntii authoritate ſcripta.

De Carne à Verbo adſumta, Morte Chriſti in Cruce, Maria ſemper Virgine, Imaginum & Crucis veneratione, Miraculis, Eccleſia ac Fide unâ.

Trapezuntii de Manuele Rege ἀὐτόγραφον, uti videtur.

Num. 71. *Nicephori Blemmidæ* Epitome Iſagogica de Logica, vid. p. 76). num. 3.

Boethii de Arte Dialectica.

Ejusdem *Nicephori Blemmidæ* liber de Phyſica.

Expoſitio Pſalmi octavi.

Procli Elementorum Phyſicorum libri duo.

De diſcrimine locorum Inventionis ſecundum *Ciceronem & Themiſtium.*

Num. 72. Ejusdem *Nicephori Blemmidæ* Logica & Phyſica, Codex priore antiquior & correctior, nec niſi pagella deeſt initio, quamvis prioribus pagellis non parum arroſis.

Num. 76. *Michaelis Pſelli* Dialectica.

78. *Andronicus* Peripateticus de adfectionibus Animæ.

79. Logica & Metaphyſica.

80. & 81). In tertium librum de Anima, & duodecimum Metaphyſices.

82. Libri duo Epitomes *Artemidori* Epheſii Geographi.

Scylacis Cariandenſis Periplus, NB. *Circa finem deſunt non pauca.*
Iſidori characeni σταθμοὶ παρθικοὶ.
Dicæarchi Deſcriptio Græciæ ad Theophraſtum,
προσθήκη γεωγραφικῶν βιβλίων,
Paphlagoniæ Periplus.
περὶ τῶν δηλούντων τοὺς σταθμοὺς καὶ τὰ μέτρα [illegible], in 8vo.
NB. Ex Bibliotheca *Davidis Hæſchelii*, conf. p. 493. n. 26. & p. 688. n. 97.

In Ciſta Welſeriana primâ

p. 879.

NUm. 1. *Cato* Latinus, rhythmis Germanicis expreſſus, in 8. *Membr.*
5. Lex Bavariorum, quibusdam ſine titulo præ- & poſtpoſitis, in 4. *Membr.*
10. Liber Geometricus, &c. *Seneca* de Verborum copia, cum non- nullis aliis, *Membr.* in 4to.
12. De Hiſtoria Romana, in 4to. *Membr.*
25. Fr. *Alvari* Hiſpani, ord. Minor. Speculum Regum, *in fol.*
26. *Otto Friſingenſis*, &c.

In Armario ſecundo,

p. 875.

Num. 36. *Laurentius Valla* de Elegentia &c.

Adpendix prior eorum, quorum Scripta primis ab inventione Artis Typographicæ annis ſunt impreſſa, usque ad initium Seculi poſt decimum ſexti, ubi ſimul ea etiam exhibentur, de quibus non conſtat, quo præciſè Anno ſint impreſſa.

Subſellio ſecundo,

p. 33.

NUm. 73. Poſt plura exhibetur oratio *Joh. Geileri de Kaiſersberg*, in Synodo Argentinenſi habita, Anno 1482.

74. Poſt *Bernhardini de Buſtis* Defenſorium Montium Pietatis contra æmulæ falſitatis figmenta.

M. *Joh. de Fabrica*, ordinis Minorum Pariſ. Tractatus ſuper declaratione Indulgentiarum pro animabus in Purgatorio conceſſarum.

Nicolai Richardi Tractatus de iisdem, cum explicatione Sixti Papæ, Anno 1467.

D. Joh. Savageti, Conſtantienſ. & Baſilienſ. Eccleſ. Canonici Tractatus ſuper Controverſia Eccleſiæ Conſtantienſis, in quo ex Jure oſtenditur, reſervationem & proviſiones Apoſtolicas de Eccleſia dicta per Papam Sixtum quartum factas, eſſe validas, & Concordata Nationis Germanicæ illis in nullo obſtare, ſed adſiſtere; & oſtenditur evidens injuſtitia *Ottonis de Sonnenberg* & ſuorum complicum.

Ejuſdem *Savageti* oratio lamentabilis, quâ oſtenditur juſtitia *Ludovici de Freiberg*, Epiſcopi, & injuſtitia *Ottonis de Sonnenberg*.

M. *Joh. Andreæ* Arbor Conſanguinitatis & Adfinitatis, *Norimb.* 1477. *Vid. p. 879. n. 28. inter Mſcr.*

p. 34.

Num. 102. poſt *Bernhardi* modum benè vivendi exhibetur.

Gerhardis Zutphanienſis Tractatus de Adſcenſionibus ſpiritualibus, *vid. p. 48. num. 9.* item.

Chryſoſtomi Sermo de compunctione Cordis, &
Auguſtini liber de Cordis contritione &c.

Pluteo tertio.

p. 35.

NUm. 4. *Guilielmi*, Epiſcopi Lugdunenſis, Summa de Virtutibus, Coloniæ, 1479. *vid. p. 48. n. 8.*

5. Guilielmi Pariſienſis opus de Sacramentis.
Ejuſdem Tractatus de Quæſtione, cur DEUS homo?
Liber de Pœnitentia, cum Regiſtro, &
de univerſo &c.

6. Ejusdem libri de Fide, Legibus, Virtutibus, Moribus, vitiis, tentationibus, reſiſtentiis, Meritis, retributionibus, Immortalitate Animæ, *Norimbergæ*, 1496.

p. 48.

Num. 8. *Guilielmi Peraldi*, Epiſcopi Lugdunenſis, Summa Virtutum & Vitiorum *vid. p. 35. num. 4.*

9. *Gerardi Zutphanienſis* de reformatione interiori & Adſcenſionibus ſpiritualibus, *vid. p. 34. n. 102.*

Pluteo quinto,

p. 53. & ſeqq.

NUm. 7. & 8. Fr. *Vincentii*, vulgò Belluacenſis, ord. Prædic. Speculum Hiſtoriale, excerptum ex Authoribus tum Sacris, tum profanis, complectens Hiſtorias à generatione primi hominis usque ad Fridericum ſecundum Imperatorem, impreſſum per *Joh. Mentellium*, 1473. conf. p. 490. n. 41. & ſeqq.

Num. 9. & 10. Ejusdem *Vincentii* Speculum Morale, in quo agitur de Virtutibus Theologicis & cardinalibus; item de noviſſimis, morte naturæ, mortis anguſtia, præſentia, morientium differentia; porrò de cuſtodia cordis, peccato linguæ, & aliis vitiis; ut & de choreis, Pœnitentia, Confeſſione, Jejunio &c.

NB. De

NB. De hoc Speculo vid. *Bellarm.* obſerv. III. in opera *Thomæ Aquinatis.*

Num. 11. Ejusdem *Vincentii* Speculum Naturale, in libros triginta duos diviſum &c. *Coloniæ*, 1494.

Num. 12. Iterata Editio Speculi Moralis, *Venetiis*, 1493.

Num. 13. Ejusdem Speculum Doctrinale, in ſeptendecium libros diviſum; &c.

NB. Judicium *Melchioris Cani* de hoc *Vincentio* vid. lib. 11. Locor. Theol. cap. 6.

De operum verò Editionibus variis monet *Joh. Mariana*, ne Lector iis fidat Codicibus, qui *Venetiis* ſub antecedentis Seculi finem prodierunt mendis fœdiſſimi, ſed potius vetuſtiorum fidem & rationem (ſequatur) in opuſc. de *Jacobi adventu in Hiſpaniam*, cap. 9. pag. m. 15.

Subſellio quarto,

p. 62.

NUm. 23. Fr. *Feliciani*, ordinis Prædicatorum, Tractatus de Divinâ Prædeſtinatione.

M. *Conradi Summenhart de Calw*, Profeſſoris Tubingenſis, Tractatus bipartitus, in quo quinquaginta duobus & ultra ex Scriptura comprobatur teſtimoniis, quod DEUS homo fieri voluerit, quodque Meſſias etiam DEUS eſſe debuerit, adjectis ſparſim rationibus congruentiæ plurimis &c. 1494.

Pluteo quinto,

p. 68.

NUm. 7. 8. 9. *Nicolai de Lyrâ*, Poſtillarum in omnes utriusque Teſtamenti libros Tomi tres.

Ejusdem libellus, in quo ſunt Quæſtiones Judaicam in Fide Catholica perfidiam improbantes;

Pauli Burgenſis additiones, in quibus inſertæ etiam ſunt replicæ

plicæ *Matthia Dôringi. Venetiis*,) 483. per Franciſcum Renner de Hailbronna.

Num. 10. Ejusdem *Lyra* Expoſitio Moralis ſuper V. T. *Mantua*,) 484.

p. 72.

Num. 38. *Margarita Davidica*, id eſt, Expoſitio Pſalmorum ex Sacris Eccleſiæ ſanctæ luminibus, *Hieronymo*, *Auguſtino*, *Caſſiodoro*, excerpta, ad Senſum literalem, allegoricum, anagogicum & tropologicum.

Tractatus quidam de Arte moriendi.

Alius quidam Tractatus de periculis contingentibus circa Sacramentum Euchariſtiæ, & de remediis eorundem, ex dictis S. *Thomæ*.

Ejusdem S. *Thomæ* Epiſtola de Judæis, ad petitionem Comitis Flandriæ.

Joh. Pithſani, Archi Epiſcopi Cantuarienſis, ordinis Minorum, liber de oculo morali & naturali.

S. *Auguſtini*, Homiliæ quinquaginta, quibus varia Scripturæ loca explicantur & Loci communes, tractantur &c. *Auguſtæ*,)475. per Antonium Sorg.

M. *Joh. de Turre cremata*, ordinis Prædicatorum, Tractatus de efficaciâ Aquæ benedictæ, contra Petrum Anglicum in Bohemia.

p. 73.

Num. 42. *Petri de Harentalis*, Prioris Florenſienſis, ordinis Præmonſtratenſis, Expoſitio libri Pſalmorum, ex diverſis Sanctorum codicibus collecta, *Reutlinga*,) 488.

43. M. *Roberti Holcoth*, S. Theol. Profeſſoris, opus ſuper Sapientiam Salomonis, quam Philo collegit, cum ſingularibus ad omnem materiam, tam diſputabilem & Scholaſticam, quam prædicabilem ad populum Quæſtionibus, *Spiræ*,)483. per Petrum Drach.

44. Ejusdem opus idem, alterius cujusdam impreſſionis &c.

Sub-

Subſellio quinto,

p. 80.

NUm. 39. *Mammotractus*, aliàs *Mammotrectus*, rectiſſimè *Mammotreptus*, id eſt, Dictionarium Vocabulorum difficiliorum in Bibliis repertorum. Item Tractatus de Menſibus Ebræorum, Feſtivitatibus legalibus, Veſtibus Sacerdotalibus, Divinationibus, Nominibus DEI apud Ebræos, Interpretibus Sacræ Scripturæ, ejusdem diviſione, &c.

Porrò Dictionarium vocabulorum difficiliorum in Antiphonis & reſponſoriis per Annum totum, item in Hymnis, Sermonibus Doctorum, Legendis Sanctorum, & Declaratione Regulæ Minorum, Venetiis 1439.

NB. *Poſſevinus* in Adparatu S. è *Sixti Senenſis* Bibliothecâ S. de hoc Scripto & Authore ita: *Mammotreptus*, à Regio Lapide, quæ Civitas propè abeſt *Mutinâ*, ordinis Minorum, ſic ab inſcriptione Dictionarii à ſe editi nominatur; Dictionarium enim vocabulorum Biblicorum, Latinarum vocum prolationem, accentum & ſignificationem craſsâ & rudi Minervâ explicans edidit, quod quia rudibus clericis & adhuc infantibus in Linguâ Latinâ veluti Mammam ſugendam & manibus pueriliter tractandam inſtar piæ Nutricis exhibuerat, *Mammotrepton* inſcripſit, tacito ob Humilitatem ipſius nomine, pro quo poſteà *Mammotrepti* nomen ſortitus eſt.

Pluteo ſexto,

p. 89.

NUm. 24. *Thomæ de Aquino* Commentaria in omnes B. Pauli Epiſtolas, Baſileæ, 1495.

25. Poſt *Bernhardi* Homilias & Tractatus aliquot Mſcr.

Auguſtini Enchiridion de Fide, Spe, Charitate.

Hugonis Soliloquium in modum Dialogi ad Animam, inſtruens

inſtruens eam, quatenus ſuper omnia DEUM diligat, ex cauſis, quæ demonſtrantur.

Joh. Gerſonis, Cancellarii Pariſienſis, Alphabetum amoris Divini de elevatione mentis ad DEUM.

Num. 26. S. *Bernhardi*, Abbatis Clarævallenſis Sermones, *Spiræ*, 1483. per Petrum Drach.

27. *Bernardini* de Senis, ordinis Minorum, Sermones de Evangelio æterno.

29. *Diſcipuli* de Tempore Sermones per Anni circulum.

30. Sermones de Sanctis, item de Dedicatione, Indulgentiis, Anno novo, duodecim fructibus Miſſæ, miraculis Mariæ B. Virg.

31. Fr. *Joh. Gritſch*, ord. Minor. Quadrageſimale, per totum Anni ſpatium inſerviens, cum thematum Evangelicorum & Epiſtolicorum introductionibus, 1477. per *Joh. Wienner de Wiennâ.*

32. Ejusdem opus idem, 1476. per *Joh. Zainer*, *Reutlingenſem*, NB. Habetur huic ſimile inter Mſcr.

34. *Wilhelmi* cujusdam Pariſienſis Cancellarii Sermones Dominicales ex Epiſtolis & Evangeliis, atque de Sanctis, ſecundum Eccleſiæ ordinem, cum præfatione *Henrici Bebelii*, Tubingæ, 1499.

35. *Hugonis* Cardinalis Sermones Dominicales ſuper Evangelia & Epiſtolas per Annum totum, *Argentinæ*, 1476. per Georgium Huſner.

p. 90.

Num. 41. Joh. *de Turre cremata* Flos Theologiæ, & Quæſtiones de Tempore & Sanctis, *vid. p. 132. n. 11.*

42. Fr. *Jordani de Quedlinburg* Lectoris Magdeburgenſis, opus Poſtillarum & Sermonum de Evangeliis Dominicalibus, *Argentinæ*, 1483.

43. *Leonardi de Utino* ordinis Prædicatorum, Sermones de Sanctis, *Ulmæ*, 1475. per Joh. Zeiner de Reütlingen.

44. Ejusdem Sermones Quadrageſimales & Dominicales, *Ibid.* 1478. per Eundem.

Subſellio

Subſellio ſexto,

p. 91.

NUm 14. *Henricus de Haſſia* ſuper Orationem Dominicam, & ſuper Ave Maria, vid. *p. 107. n. 15. inter Mſcr.*

M. *Nicolaus Andreæ* de Miſſa.

S. *Auguſtini* in Symbolum Apoſtolicum & orationem Dominicam.

Hieronymi ad Euſtochium de Regulâ vivendi.

Bernhardi de planctu vel lamentatione Virginis Mariæ.

Daretis Phrygii Hiſtoria Trojana.

Henrici de Haſſia Sacerdotum ſecreta circa Miſſam &c.

p. 92.

Num. 32. *Bertrandi* Sermones de Tempore & Sanctis, pars hiemalis.

33. *Biga Salutis*, ſive Sermones de Sanctis, *Hagenoæ*, 1497. per Henricum Gran.

34. *Bonaventuræ* Sermones de Tempore & Sanctis, *Ibid.* 1496.

35. *Cherubini de Spoleto*, ordinis Minorum, Sermones Quadrageſimales, *Venetiis.*

p. 93.

Num. 36. *Franciſci de Mayronis* Quadrageſimale, *Venetiis*, 1491. per Bernardum de Novaria.

39. *Gabrielis* Biel Sermones de Feſtivitatibus Chriſti.

40. Ejusdem Sermones de Tempore, 1462.

53. *Michaelis de Mediolano*, ordinis Minorum, Quadrageſimale, *Venetiis*, 1487. per Nicolaum Franckfurt.

Ejusdem Quatuor Noviſſima, Coloniæ, 1492.

54. *Michaelis de Carchano* (qui videtur idem eſſe cum Mediolanenſi) de commendatione Virtutum & reprobatione vitiorum, Mediolani, 1495.

55. Idem de Præceptis decem, *Venetiis*, 1492.

56. *M. Pauli Wann* Sermones de Tempore, *Hagenoæ*, 1497. per Henricum Gran.

57. Ejusdem & *Michaelis Lochmair* Sermones de Sanctis.

Pluteo ſeptimo,

p. 94.

Num. 1. *Meffreth* Sermones de Tempore per hiemem.

2. *Nicolai de Blonny*, Sermones de Tempore & Sanctis, *Argentinæ*, 1465. vid. p. 209. num. 8.

4. *Parati* Sermones de Tempore & Sanctis ſecundum Anni curſum.

5. *M. Pauli Florentini* Quadrageſimale de reditu peccatoris ad DEUM, *Mediolani*, 1479.

Vita S. Johannis Eleemoſynarii Alexandrini, *vid. p. 480. n. 36. inter Mſcr.*

6. *Fr. Pelbarti Themeſsvarienſis*, ord. S. Franciſci, Pomerium de Sanctis in duas partes diviſum.

7. *Succi* Sermones de Tempore per Anni circulum, 1476.

10. *Verneri Abbatis* Deflorationes ſuper Evangelia de tempore per Anni circulum, *Baſileæ*, 1494.

11. S. *Vincentii Ferrarienſis* Sermones de Tempore, à Paſcha usque ad Adventum, *Coloniæ*, 1485.

12. *Confeſſoris de Valentia*, ordinis Prædicatorum, (qui videtur idem eſſe cum Ferrarienſi) Sermones de Sanctis, per totius Anni curriculum, *Ibid.*

13. Ejusdem Sermones de Tempore, ab Adventu usque ad Paſcha, *Ibid.*

p. 95.

Num. 19. *Alexandri de Ales*, Doctoris Anglici, irrefragabilis dicti, ordinis S. Franciſci, Summæ Theologicæ pars prima, de his, quæ pertinent ad ſpeculationem DEI, *Noribergæ*, 1482.

S. *Bernhardi*, Abbatis clarevallenſis, Epiſtolarum liber ad diverſos.

Ejusdem

Ejusdem Tractatus de Miſeria & brevitate hujus vitæ, & de vera Scientia, Item,

Apologia ad Cluniacenſes de Concordia ordinum &c.

Num. 20. Ejusdem de Ales pars ſecunda, de his, quæ pertinent ad conſiderationem creaturæ, *Ibid. eod.*

21. Tertia, de his, quæ pertinent ad Fidem Salvatoris, *Ibid. eod.*

22. Quarta, de his, quæ pertinent ad reparationem per Gratiam, *Ibid. eod.*

24. D. *Bonaventuræ*, Cardinalis, ordinis Minorum, in librum primum Sententiarum.

Ejusdem in Arcana libri ſecundi.

25. Item in Arcana libri tertii, &, diſputata ſuper librum quartum.

Varii articuli erronei omnium pene facultatum in Anglia & Pariſiis ſtudioſè & authoritativè condemnati, cum revocationibus eorundem.

26. *Diſcipuli* de Eruditione Fidelium Chriſti, ſeu Loci Communes, in quibus continetur Explicatio Decalogi, orationis Dominicæ, Angelicæ Salutationis, Symboli Apoſtolorum, ſeptem Sacramentorum, totidem Donorum Spiritus S. cum tabulâ pro Sermonibus de Tempore ex hoc libro colligendis per totius Anni circuitum.

Fraternitas Cleri, edita per D. *Ulricum*, qui vulgò Ulmer in Ulma vocatur.

27. Compendium Theologicæ Veritatis, in ſeptem Libellos diſtinctum, quorum primus de naturâ Divinitatis, ſecundus de operibus Conditoris, tertius de corruptelâ peccati, quartus de humanitate Chriſti, quintus de ſanctificatione Gratiarum, ſextus de virtute Sacramentorum, ſeptimus de ultimis temporibus, & de pœnis malorum ac præmiis beatorum, Authore *Thomâ Dornberg*, Memmingenſi, Decretorum Artiumque liberalium Doctore, & Conſulatûs Spirenſis Advocato, *1473.*

p. 96.

Num. 28. *Gabrielis Biel* Epitome Scripti *Guilielmi de Occam* & collectorium circa duos priores libros Sententiarum, in Academia Tubingenſi editum.

29. Ejusdem Epitome ſeu Collectorium circa Duos poſteriores libros.

30. M. *Guilielmi de Occam* Annotationes ſuper quatuor libros Sententiarum, *Lugduni*, 1495.

Ejusdem ſuper poteſtate Summi Pontificis octo Quæſtionum deciſiones.

Centiloquium Theologicum, omnem fermè Theologiam ſpeculativam ſub centum Concluſionibus ſubtiliſſimè complectens, *Ibid eod.*

31. Fr. *Henrici Herp*, ordinis Minorum, Speculum aureum decem Præceptorum DEI, *Noriberge*, 1481.

32. M. *Jacobi Carthuſienſis*, Quodlibetum, Statuum humanorum, ut de Papa & ejus Curia, de Statu Secularium, Regum ac nobilium, Judicum, divitum, Mercatorum &c.

Dominici Bollani, Artium & Philoſophiæ Doctoris, Quæſtio de Conceptione glorioſiſs. V. Mariæ.

34. *Joh. Beets*, ordinis B. Virginis de Monte Carmeli, Expoſitio Decalogi, *Lovanii*, 1486.

35. *Joh. Duns Scoti*, Doctoris ſubtilis, Commentarius in quatuor libros Sententiarum, *Venetiis*, 1490.

Ejusdem Quodlibeta & Tractatus &c.

p. 97.

Num. 38. *Malogranatum*, in tres libros diſtinctum, quorum primus eſt de ſtatu incipientium, ſecundus de ſtatu proficientium, tertius de ſtatu perfectorum &c.

39. Fr. *Joh. de Bromyard*, ordinis S. Dominici, Summa prædicantium. Eſt autem Alphabetum Locorum Communium, quo capita Doctrinæ chriſtianæ ſecundum literas Alphabeti explicantur. *Noriberga*, 1485.

Sub-

Subſellio ſeptimo,

p. 98.

NUm. 2. *Nicolai de Lyra*, ordinis Minorum, Expoſitio literalis & moralis ſuper Evangelia & Epiſtolas Quadrageſimales, cum Quæſtionibus *Antonii Botontini*, Venetiis, 1500.

8. Fr. *Pelbarti de Themeſwar* Pomerium de Tempore, Hagenoviæ, 1498. vid. p. 94. num. 6.

9. Ejusdem Quadrageſimale triplex, Ibid. 1499.

11. Sermones Theſauri novi de Sanctis; cum Quadrageſimali *Jodoci de Heidelberg*, Argentinæ, 1488. conſ. p. 152. num. 9.

22. Quadrageſimale novum, *Baſileæ*, 1497.

23. Problemata inter Albertum M. & S. Thomam, ad utriusque opinionis intelligentiam conferentia, edita ab *Hemerico de Campo*, Coloniæ, 1490.

Joh. Gerſonis opuſculum tripartitum, de Decalogo, de Confeſſione, & de Arte moriendi &c.

Ulrici Molitoris, de Lamiis & Mulieribus pythoniſsis.

Magni Athanaſii in Pſalmos opuſculum.

Epicteti Enchiridion.

Baſilii M. oratio de Invidia.

Plutarchus de differentia inter odium & invidiam.

Joh. Gerſonis, Cancellarii Pariſienſis, Tractatus de modo vivendi omnium fidelium.

M. Matthæi de Cracovia Tractatus de eo, utrum expediat & deceat Sacerdotes continuare Miſſas, vel Laicos frequenter communicare, *Memmingæ*, 1491.

Contra Fr. Hieronymum, hæreſiarcham, libellus & proceſſus.

Joh. Gerſonis Donatus Theologicus, ad ſimilitudinem Donati Grammatici &c. *vid. p. 126. n. 16. Mſcr.*

p. 99.

p. 99.

Num 27. *Bonaventuræ* Diæta Salutis, unà cum tractatu de reſurrectione hominis à peccato, & de præparatione ad Gratiam, *Pariſiis.*

M. *Richardi de S Victore* libri quinque de Arcâ myſtica, ſive de contemplatione ejusque generibus.

Ejusdem liber de duodecim Patriarchis, vel de Contemplatione minori, 1494.

p. 100.

Num. 32. *Michaelis de Mediolano* Sermones Quadrageſimales de decem Præceptis, *Venetiis*, 1492. *vid. p. 93.*

Antonii de Vercellis Sermones de duodecim mirabilibus Fidei chriſtianæ excellentiis, *Ibid. eod.*

39. *Joh. Greuſſeri*, Rotenburgo Tiberini, Paſſionale, *Noribergæ*, 1495.

Antonini Archi Epiſcopi Florentini, Trialogus de Diſcipulis Emaunticis, cum vita ejusdem Antonini &c. *vid p. 215. n. 22.*

Baptiſtæ Finarienſis, Epiſcopi Ventimelienſis, Trialogus de contemtu Mundi.

Bernhardi aliqua &c.

Pluteo octavo,

p. 106.

Num. 5. *Pharetra Doctorum*, vel Dictionarium vocabulorum ad explicationem Doctrinæ chriſtianæ pertinentium, ſecundùm Alphabeti ordinem.

6. *Richardi de media villa* ſuper quarto Sententiarum &c.

8. *Thomæ de Argentinâ* ſuper quatuor libros Sententiarum, *Argentinæ*, 1490.

9. De *Aquino* ſuper eosdem, ad Hannibaldum, *Baſileæ*, 1492.

10. Ejusdem Textus Sententiarum, cum titulis & concluſionibus Quæſtionum *M. Henr. Gorrichen*, Ibid. 1489.

Num. 12.

Num. 12. Primum Scriptum ſuper librum primum Sententiarum, *Venetiis*, 1486.

Secundum ſuper Secundum &c. *Bononiæ*, 1494.

Tertium ſuper tertium &c. *Venetiis*, 1490.

13. Quartum ſuper quartum &c. *Ibid.* 1481.

p. 107.

Num. 16. *Magiſtri* Sententiarum Textus, cum Concluſionibus *Thomæ*, & in quibus communiter non tenetur, NB. *In fine deeſt aliquid.*

17. Ejusdem *Thomæ* prima Pars Summæ, *Venetiis*, 1484.

18. Prima Secundæ; *Ibid.* 1483.

19. Secunda Secundæ, *Ibid.* 1486.

20. Tertia Pars, *Ibid.* 1486.

p. 108.

Num. 21. Fr. *Petri Bergomenſis* tabula in libros, opuſcula & Commentarios *Thomæ*, cum additionibus Concluſionum, concordantiis dictorum Ejus & S. Scripturæ authoritatibus, unà cum Catalogo librorum, *Ibid.* 1497.

25. *Æneæ Sylvii* Commentariorum de Concilio Baſileæ celebrato libri duo.

Juliani Cardinalis Epiſtolæ duæ ad Eugenium Pontificem Romanum,

Bennonis, itidem Cardinalis, liber de Vitâ & geſtis Hildebrandi &c.

Vita *Henrici quarti Cæſaris*, paulò poſt Illius mortem à quodam ejus temporis conſcripta.

Ejusdem Imperatoris aliquot Epiſtolæ ad Pontificem Romanum & alios Principes.

Fratrum Waldenſium Fidei profeſſio ad Uladislaum Hungariæ Regem.

Fr. *Wilhelmi Widefordii* refutatio articulorum Joh Wiclephi Angli,

O Ejus-

Ejusdem *Wiclephi* Articuli per Concilium Conſtantienſe damnati.

Quonam pacto hujus Wiclephi doctrina venerit in Bohemiam. & de Joh. Huſſo ac Hieronymo Pragenſi, ex Hiſtoria Bohemorum cujus Author fuit *Æneas Sylvius.*

Leonhardi Aretini adverſus hypocritas Libellus.

Quomodo Bohemi vocati productique ſint ad Oecumenicam Synodum, & quid illic egerint, ex verboſiſſimis Commentariis compendio relatum.

Joh. de Weſalia, Concionatoris Wormatienſis, paradoxa per M. *Gerardum Elten* de Colonia, & M. *Jacobum Sprenger* damnata, 1479. Moguntiæ.

Sententia definitiva contra Joh. Wiclephum, Joh. Huſſum & Hieronymum Pragenſem lata &c.

p. 109.

Num, 28. *Guilielmi Duranti*, Epiſcopi Minatenſis, Rationale Divinorum officiorum, *Argentinæ*, 1486.

30. Ejusdem opus idem, *Venetiis*, Arte & impenſis *Erharti Rathold de Auguſta*, 1485.

p. 110.

Num. 32. Tractatus de Arte moriendi.

Thomæ, Regularis Canonici de Monte S. Agnetis in Trajecto, libri quatuor de Imitatione Chriſti, & contemtu omnium vanitatum, impreſſi per *Guntherum Zainer Reuttlingenſem.*

Auguſtini de Animæ quantitate, Ejusdem Soliloquia.

S. *Bernhardi* Speculum peccatoris.

Hieronymi liber de Eſſentia Divinitatis.

Thomas de Fidei articulis & Eccleſiæ Sacramentis &c,

p. 111.

Num. 36. 37. 38. *Antonini*, Archi Epiſcopi Florentini, opus Hiſtoricum, tribus Tomis vel partibus, *Baſileæ*, 1491. *vid. p. 133. n. 16.*

39. *Joh. Caſſiani* de Inſtitutis Cœnobiorum, cauſis & remediis vitiorum, collationibus Patrum, *Ibid.* 1485. vid. p. 24. n. 26. inter Mſcr.

Subſellio octavo,

p. 112.

Num. 15. poſt *Pauli Corteſii* Editionem Romanam, de quo vid. judicium *Rob. Sanderſoni* de Juram. Prælect. II. à princ.

Dionyſii Ciſtertienſis in quatuor libros Sententiarum, *Pariſiis.*

16. *Guilielmi*, Lugdunenſis Epiſcopi, opus de Fide & Legibus.

18. *Raimundi de Sabunde* Theologia naturalis, ſive Creaturarum liber, *Argentinæ*, 1496.

p. 113.

Num. 22. Concilii Baſilienſis Decreta, *Hagenaw*, 1500.

p. 114.

Num. 34. *Horæ Romanæ*, 1484.

36. *Antidotarius animæ*, NB. In fine defectus eſt.

45. S. *Gregorii* Pontificis Paſtorale, Argentinæ, 1496.

50. *Baptiſtæ Mantuani* de calamitatibus temporum, 1499. NB. Plura *Mantuani* hic Codex exhibet.

p. 115.

Num. 58. Tractatus Latino-Germanicus de *planctu Eccleſiæ*.

Pluteo nono,

p. 118.

Num. 13. *Joh. de Trittenhaim*, Abbatis Spanhemenſis, liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *Baſileæ*, 1494.

Ejusd. Epiſtola reddens rationem, cur inter Scriptores Eccleſiaſticos poſuerit multos Secularium literarum profeſſores?

Faſciculus Temporum, omnia Antiquorum Chronica complectens, usque ad Annum 1483. impreſſus arte & impenſis *Erhardi Rathold de Auguſta*, cod.

Num 14. Jacobi de Voragine, aliàs de Viragine, *Hiſtoria Lombardica*, quæ à pleriſque Aurea Legenda Sanctorum adpellatur, *Argentinæ*, 1486.

Judicia de hoc libro vid. apud *Melch. Canum* lib. 11. Locor. Theol. cap. 6.

& *Claud. Eſpenſ.* Digreſs. in 1. Epiſt. ad Timoth. lib. 1. cap. 11.

Item *Cæſarem Baronium* in Martyrol. ad diem 28. April. conf. *Gerard. Joh. Voſſium* lib. II. de Hiſtor. Lat. cap. 60.

p. 119.

Num. 21. *Vita Patrum*, Sanctorum Ægyptiorum, & eorum, qui in Scythia, Thebaide, & Meſopotamia ſunt morati, cum Prologo S. *Hieronymi* Cardinalis Presbyteri, *Noribergæ*, 1478.

NB. de hoc Scripto notari decet Cenſura *Bellarmini* in Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Circa dignitatem verò Cardinalitiam, quæ hic Eidem adſcribitur, monet *Angelus Roccha* in Bibliothecâ Vaticanâ, ſub Indice Authorum, de eâ librum doctè & exactè *Alphonſum Ciaconium*, Hiſpanum, conſcripſiſſe, vid. ibid. in ipſo opere p. 163. & ſeqq.

p. 120.

Num. 28. *Petri Comeſtoris*, Presbyteri Trecenſis, Hiſtoria Scholaſtica, 1473. per *Guntherum Zeiner*, Reüttling.

36. 37. 38. *Petri Berchorii* Dictionarium Theologicum, ſeu Repertorium Morale, tribus Tomis, conf. p. 88. n. 17. inter Mſcr. & p. 117. num. 3. & 4.

39. *Baptiſtæ de Salis*, ordinis Minorum, Summa Caſuum, quæ *Baptiſtiniana* vocatur, 1484.

Subſellio nono,

p. 122.

NUm. 5. S. *Gregorii* Papæ libri quatuor Dialogorum, *Venetiis*, 1492. vid. p. 23. n. 13. inter Mſcr.

S. Bern-

S. *Bernhardi* Abbatis de viis Vitæ, ſeu de ordine & Morum inſtitutione.

Ejusdem de gradibus Humilitatis & Superbiæ.

De cogitatione hominum, & quomodo ſeipſum cognoſcat, ut DEUM inveniat & videat; & de Miſeria humanâ.

Item de Planctu Mariæ in Paſſione & Morte Chriſti.

Contemplatio Chriſti ſecundum ſeptem Horas Canonicas.

Ejusdem duæ Epiſtolæ ad Patres & Fratres de Monte DEI *Mutinæ*, 1495.

Jodoci Galli, Rubiacenſis, opuſculum, Noſce teipſum, *Haidelbergæ*, 1480.

De Quatuor noviſſimis, *Coloniæ*, 1492.

Num 6. *Jacobi Carthuſienſis*, de Arte curandi vitia.

Franciſci Petrarchæ de Remediis utriusque Fortunæ.

Joh. Möſchni, in Eccleſia majori Baſil. prædicatoris, Tractatus de Horis Canonicis, *Auguſtæ*, 1489.

p. 123.

Num. 7. Admonitiones ad ſpiritualem Vitam utiles, in viginti quinque capitula diviſæ, quorum primum eſt de *Imitatione Chriſti* & contemtu omnium Mundi vanitatum. NB. Hinc toti Libro titulus in aliis codicibus eſt inditus, in quibus *Thomæ de Kempis* adſcribitur. *vid. p. 125. n. 14. in Mſcr.*

Joh. Gerſon Tractatus de Paſſionibus Animæ.

Ejusd. de modo vivendi omnium fidelium, ut & de Decalogo, Confeſſione & Arte moriendi, *vid. p. 98. n. 25.*

Item de Cuſtodia Linguæ & cordis bene ruminandâ.

De Pollutione nocturnâ, an impediat celebrantem?

De Conceptione B. Virg. Mariæ, & præſervatione ab originali peccato, Item de

Cognitione Caſtitatis & pollutionibus diurnis.

De Formâ Abſolutionis Sacramentalis.

Bernhardi Tractatus de planctu Beatæ Virginis Mariæ.

Anſelmi, Cantuarienſis Archi Epiſcopi, Epiſtola de ſancta Conceptione Ejusdem.

Thomæ de Aquino Tractatus de Corpore Chriſti.

Nicolai de Lyrâ opuſculum de Sacramentis.

Intellectus ſuper oratione Dominica ex Authoribus variis collectus.

Fr. *Joh. Nideri*, ordinis Prædicatorum, Tractatus de Leprâ morali &c.

Num. 8. Ejusdem Tractatus idem, & Manuale Confeſſorum &c.

p. 124.

Num. 11. *Onus Mundi*, id eſt, Prophetia de Malo futuro ipſi Mundo ſuperventuro, in quâ continentur aliquæ revelationes è quarto S. *Brigittæ*, aliàs Birgittæ, revelationum libro, cum oratione in laudem Ejus, *Romæ*, 1485.

NB. De his revelationibus agit poſt alios *Caramuel*, Theol. Fundam. T. III. p. 386. & ſeqq.

Pluteo decimo,

p. 132.

Num. 2. Fr. *Guilielmi*, Lugdunenſis Epiſcopi, Expoſitio Sacrorum Evangeliorum & Epiſtolarum de Tempore, Diebus Dominicis, de Sanctis & pro defunctis, *Ulmæ*, 1486.

3. *Diſcipuli* Sermones ſuper Epiſtolas Dominicales, collecti è Sermonibus *Wilhelmi* Lugdunenſis, & ex dictis S. *Thomæ*, Joh. Nideri & aliorum, 1488.

Num. 4. Fr. *Peregrini*, Sermones de Tempore & Sanctis per totius Anni circulum.

Jacobi de Foragine, aliàs Voragine vel Viragine Quadrageſimale.

Nicolai à Dinckelſpühl Concordantia in Paſſionem Dominicam.

6. Fr.

6. Fr. *Roberti de Licio*, ordinis Minorum, opus Quadrageſimale de Pœnitentia, *Venetiis*, 1472.

7. Ejusdem opus idem, Editio alia.

9. *Jodoci de Heidelberg* Sermones theſauri novi de Tempore, *Argentinæ*, 1489. conf. p. 98. n. 11.

11. *Joh. de Turre cremata*, Cardinalis, Flos Theologiæ pro Sermonibus adplicabilis, tam de Tempore, quam de Sanctis Anni totius, *vid. p. 90. n. 41.*

p. 133.

Num. 14. Fr. *Antonii Rampigollis* aureum Bibliorum Repertorium, continens locos communes de titulis Theologicis ſecundùm ordinem Alphabeti.

Authoris incerti Quadrageſimale.

15. *Angeli de Clavaſio* Summa de Caſibus Conſcientiæ, quæ dicitur *Angelica*, continens itidem Locos communes ſecundùm ordinem Alphabeti, *Norimbergæ*, 1588.

16. & ſeqq. *Antonini*, Archi Epiſcopi Florentini, Summæ partes quatuor, totidem Tomis, cum Tabulâ ſuper eam. *Venetiis*, 1481. vid. p. 111. n. 36. 37. 38.

Num. 22. 23. 24. *Raynerii de Piſis*, ord. Prædicatorum, Pantheologiæ Tomi tres, *Noribergæ*, 1474.

p. 187.

Num. 27. Acta ſcitu digniſſima doctèque concinnata Concilii Conſtantienſis, *Hagenöæ*, 1500.

p. 203.

Num. 1. *Bonaventuræ* Tractatus, *Venetiis*, 1477. NB. Hic Codex hodiè deſideratur in Bibliothecâ.

p. 207.

Num. 1. *Joh. de Turre cremata* in librum Pſalmorum, per Joh. Schüſsler, Civem *Auguſtanum*, conf. p. 124. n. 12. inter, Mſcr.

p. 215.

p. 215.

Num. 22. *Antonini* Archi Epiſcopi Florentini, Trialogus de Diſcipulis Emaunticis, cum Vita Ejusdem *Antonini* &c.

Baptiſtæ Finarienſis, Epiſcopi Ventimelienſis Serapion, ſive Trialogus de Contemtu Mundi.

Bernhardi Clarevallenſis aliqua &c. *vid p. 100. n. 39.*

Fr. *Huberti*, ordinis Prædicatorum, Epiſtolæ de tribus Votis ſubſtantialibus &c.

Ejusdem Tractatus de veris & falſis Virtutibus.

Hieronymi Savonarolæ Regulæ, quæ ad omnes religioſos pertinent, *Venetiis*, 1495.

Num. 25. Horarum Canonicarum liber ſecundùm Eccleſiæ Bambergenſis ordinem, 1484.

p. 227.

Num. 14. Martyrologium & Viola Sanctorum, 1499.

p. 228.

Num. 20. Miſſale, *Norribergæ*, 1484.

Num. 21. *Antonini*, Archi Epiſcopi Florentini, opus de eruditione Confeſſorum.

Tractatus de Arte prædicandi, collectus ex Thomâ Aquinate, *Memmingæ*, 1483.

22. Tractatus de modo perveniendi ad veram & perfectam DEI & proximi dilectionem, ex Theologia Myſtica fundamentum habens &c.

Thomæ de Aquino Libellus de modo confitendi &c.

23. Pſalterium, cum cæteris utriusque Teſtamenti Canticis, per *Fridericum Creuſſner de Norimbergâ*.

p. 229.

Num. 2. *Guilielmi* Poſtilla ſuper Epiſtolas & Evangelia de Tempore & de Sanctis, & pro defunctis; item de paſſione Chriſti & de planctu Virginis Mariæ &c.

p. 256.

Num. 13. Inſtitutionum Juris Juſtinianæi opus, cum Gloſſis, *Baſilea*, 1476.

p. 260.

Num. 3. *Digeſti* veteris libri quatuor & viginti, cum Gloſſis, 1482.

4. Digeſti Novi à libro trigeſimo & nono usque ad quinquageſimum, cum Gloſſis, 1484.

p. 304.

Num. 5. *Baptiſta Trovamala* Caſuum Roſella, *Baptiſtiniana* hinc adpellata, continens explicationes variarum Juris quæſtionum, ſecundùm Alphabeti ordinem, *Venetiis*, 1499.

p. 324.

Num. 26. & ſeqq. *Abbatis Panormitani*, alias *Nicolai Siculi*, ſuper libros Decretalium Tomi quinque, *Venetiis*, 1492.

p. 332.

Num. 11. & ſeqq. *Avicenna* librorum Tomi quatuor, cum explanatione *Jacobi de partibus*, Lugduni, 1498.

16. *Bartholomai Anglici* de proprietatibus rerum libri novendecim, *Norimbergæ*, 1493.

NB. Eſt opus non Medicum, ſed Theologico-Philoſophicum.

p. 347.

Num. 72. *Rhaſis* liber nonus ad *Almanſorem*, cum Expoſitione *Syllani de nigris*, de Papia, *Venetiis*, 1483.

Petri de Tuſſignano receptæ ſuper nono *Almanſoris*, Ibid. eod.

p 365.

Num. 67. *Adelardi*, Bathonienſis Quæſtiones naturales.

Nicolai Bonethi, ordinis Minorum, Metaphyſica, *Barcinonæ*, 1493.

Alberti M. de naturâ ac immortalitate Animæ, cum Commento, *Norimbergæ*, eod.

Ejuſdem de duabus Sapientiis & de recapitulatione omnium librorum Aſtronomiæ &c.

p. 398.

Num. 1. Calendarium, cujus Authores ſunt *Bernhardus Pictor de Auguſtâ*, *Petrus Loslein de Langencen*, & *Erhardus Radholt de Auguſta*, 1476. NB. Typus videtur eſſe recentior.

p. 405.

Num. 26. *Marſilii Ficini* opuſcula de Sole & Lumine, de religione chriſtianâ, de vita ſanâ & longa, de vita cœlitus comparanda, item Ejus Apologia pro libro de Magia, *Venetiis*, 1498.

p. 423.

Num. 44. Fr. *Jacobi Philippi*, Bergomenſis liber de claris Mulieribus, *Ferrariæ*, 1497.

p. 433.

Num. 34. Geſta Romanorum, cum adplicationibus moraliſatis ac myſticis, 1499.

Hiſtoria Alexandri M. Regis Macedonum &c. *Argentinæ*, 1494.

p. 477.

Num. 22. *Joh. de Thurocz* Chronicum Hungaricum, *Auguſtæ*, typis Erhardi Radholti, 1488.

p. 489.

Num. 39. *Suidæ* Dictionarium ex variis Authoribus collectum, Græcè, *Mediolani*, 1498.

p. 490.

p. 490.

Num. 41. 42. 43. Fr. *Vincentii de Burgundia* Speculum Hiſtoriale tribus partibus, 1474. *Membr.* conſ. p. 53. num. 7. & 8.

p. 576.

Num. 26. M. *Tullii Ciceronis* Quæſtionum Tuſculanarum libri cum Adnotationibus, *Venetiis*, 1482.

p. 565.

Num. 1. *Alberti Magni* de Animalibus libri ſex & viginti, *Venetiis*, 1495.

Ariſtotelis de Naturâ animalium libri novem, de partibus animalium libri quatuor, de generatione eorundem libri quinque, Interprete *Theodoro Gaza.*

p. 642.

Num. 71. M. *Tullii Ciceronis* officia & Paradoxa, excuſa in Membrana: Ad *finem Codicis hæc leguntur:*

Præſens M. *Tullii* clariſſimum opus *Johannes Fuſt, Moguntinus Civis*, non atramento, plumali cannâ, neque æreâ, ſed arte quadam perpulchrâ, manu *Petri de Gernsheim*, pueri mei, feliciter effeci finitum, Anno M CCCC LXVI. 4. Febr.

Ab initio hoc Diſtichon eſt adſcriptum:

Artis Chalcographæ primordia Bibliothecæ
Weiſius hæc *David* dat Monumenta ſui.
Anno 1572. Calend. Aug.

p. 652.

NUm. 33. *Guido Bonatus* de Forolivio decem Tractatus Aſtronomici, *Auguſtæ*, 1491. typis Erhardi Radholti.

34. *Albumaſar* de magnis conjunctionibus, annorum revolutionibus ac eorum profectionibus decem Tractatus, Ibidem, 1489. apud eundem *Radholtum.*

p. 654.

Num. 46. *Joh. Angeli* Aſtrolabium planum, continens qualibet horâ atque momento æquationes domorum Cœli, moram in utero Matris, cum quodam Tractatu de Nativitatibus, *Venetiis*, 1494.

p. 655.

Num. 47. *Leupoldi* Ducis Auſtriæ Filii Compilatio de Aſtrorum Scientia, *Auguſta*, 1489. typis Radholti.

p. 667.

Num. 12. *Euclidis* opus Elementorum in quindecim Libros diviſum cum Campani commentario, & præfatione *Erhardi Radholti Auguſtani* ad Johannem Mocenicum, Urbis Venetæ Principem, *aureis literis impreſſâ*, in quâ profitetur, induſtria ſuâ non ſine maximo labore effectum, ut quâ facilitate Literarum elementa, imprimuntur, eâ etiam figuræ Geometricæ ceperint confici, iiſque ornatum Euclidem primò editum, *Venetiis*, 1482.

p. 669.

Num. 19. *Johannis Pici* Mirandulæ opera, *Venetiis*, 1498.

p. 690.

Num. 1. Fr. *Petri Nigri*, ex ordine Prædicatorum, clypeus Thomiſtarum ſuper Arte vetere Ariſtotelis in quoscunque adverſos, *Venetiis*, 1481.

Num. 6. *Nicolai Dorbelli* de Francia, ordinis Minorum, Expoſitio Logicæ ſecundum Scoti ſubtilis doctrinam, *Parmæ*, 1482.

p. 695.

Num. 24. *Nicolai Perotti*, Epiſcopi Sypontini, Rudimenta Grammatica, *Venetiis*, 1480.

p. 696.

Num. 28. *Æneæ Sylvii*, Epiſtolarum Volumen cum oratione Mantuana & Deſcriptione Viennenſi.

Fr. *Jacobi*

Fr. *Jacobi Magni de Pariſiis*, ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Sophilogium, inducens animum legentis ad amorem Sapientiæ.

Donatus arte Grammaticus, hominem in ſui ipſius cognitionem per Allegoriam traducens.

Num. 29. Ejusdem *Æneæ Sylvii* Epiſtolæ &c. *Noribergæ*, 1481.

p. 698.

Num 36 *Demoſthenis* oratio in Æſchinem, Interprete *Leonardo Aretino*, 1497.

p. 722.

Num. 38. *Tibullus* cum Commentariis *Cyllenii Veronenſis.*

Catullus cum Commentariis *Parthenii Veronenſis* & *Palladii Patavini.*

Emendationes Catullianæ per *Hieronymum Avantium*, Veronenſem.

Ejusdem in Priapeia caſtigationes.

Propertius cum Commentariis *Philippi Beroaldi, Domitii Calderini* & *Joh. Cottæ, Veronenſis*, Venetiis, 1500.

Anſonii Epigrammata, cum præfatione *Bartholomæi Merulæ*, Ibid. 1496.

p. 725.

Num. 53. *Ovidii* Metamorphoſis cum Enarrationibus *Raphaelis Regii*, Venetiis, 1497.

Ejusdem de Triſtibus libri, cum Enarrationibus *Bartholomæi Merulæ*, Ibid. 1499.

Num. 56. *Silius Italicus* cum Commentariis *Petri Marſi*, Ibid. 1492.

p 743.

Num. 32. Fr. *Joh. de Janua* Catholicon, Grammaticam & Dictionarium continens, *Venetiis*, 1483.

p. 767.

Num. 12. *Heſiodi* Theogonia &c. Græcè, *Venetiis*, 1495.

p. 850.

Num. 30. *Laurentii Benincontrii* Miniatenſis in L. *Manilium* Commentarius, *Romæ*, 1484.

p. 857.

Num. 13. *Philippi Beroaldi* Quæſtionum Tuſculanarum Commentarii, 1490.

Macrobii Saturnaliorum libri, 1500.

p. 859.

Num. 26. *Campanus*, Romæ, 1495.

p. 874.

Num. 21. *Luciani* Dialogi, Græcè &c.

p. 875.

Num. 33. *Theophraſtus* de Hiſtoria Plantarum.
Ariſtotelis & Alexandri Aphrodiſienſis Problemata.
Ejusdem *Ariſtotelis* Mechanica & Metaphyſica.
Theophraſti Metaphyſica, *Venetiis*, 1499.

Num. 34. *Ægidius Romanus* ſuper poſteriora Analytica, Ibidem, 1500.

p. 942.

Num. 1. S. *Hieronymi* Epiſtolæ, typis ex cuſæ per Petrum de Gernsheim, *Moguntiæ*, 1470. Membr.

12. M. *Joh. Pariſienſis*, Quæſtiones ſuper univerſam Philoſophiam, cum Explanatione Textûs Ariſtotelici ad mentem Scoti, *Venetiis*, 1481.

Adpen-

Adpendix poſterior eorum,

Qui vel ortu, vel officio & Munere publico Auguſtani, in Patria & alibi Scripta publicârunt;

Item qui partim Manuſcriptos Codices è Bibliothecâ ediderunt, partim typis Auguſtanorum ſunt uſi.

Subſellio primo,

Pag. 7.

NUm. 45. Chryſoſtomus in Mattheum & Acta Apoſtolorum, Græcè & Latinè in Bibliopolio Commeliniano, 1603. è Codice Mſcr. Bibliothecæ Auguſtanæ.

Num. 46. Ejusdem Chryſoſtomi in Epiſtolas Pauli, Græcè & Latinè, itid. è Cod. Aug.

Andreæ, Cæſarienſis Archi Epiſcopi, Commentarius in Apocalypſin, in Bibliopolio eodem, 1596.

Num 54. *Æneæ Gazæi* de Animarum Immortalitate opus ex Auguſtanâ Bibliothecâ, Interprete *Iohanne Wolſio*, Tigurino prodiit An. 1559. *conf. pag. 5. num. 5.*

Cydonii de Morte contemnendâ Scriptum, ex Illuſtri Bibliothecâ Joh. Jacobi Fuggeri editum à *Raphaele Sailero*, *Auguſtano*, eodem Anno.

NB. Infra p. 779. hujus Catalogi iterata exhibetur Editio, ſub nomine *Demetrii Cydonii*, ſive *Nemeſii*, *Epiſcopi Emeſeni*, cum Scholiis *Hieronymi Wolfii*, Baſileæ, An. 1577.

Quin & ſub nomine *Demetrii Cydonii* inter Manuſcripta extat p. 861. n. 15.

Subſellio ſecundo,

p. 27.

NUm. 31. *Origenis* contra Celſum libri octo; Græcè & Latinè editi à *Davide Hæſchelio*, Auguſtæ, 1605. vid. p. 863. n. 43.

Num.

Num. 32. & 33. Concordantiæ V.T. Græcæ, vocibus Ebræis reſpondentes, Authore Conrado Kirchero, Auguſtano, Francofurti, 1607. partibus duabus.

Num. 35. Philonis Judæi opera, Latinè, Sigismundo Gelenio Interprete, Antverpiæ, 1614. partim ex Editione Davidis Hœſchelii, vid. p 29. n. 52.

Num. 37. Petri Siculi Hiſtoria de ſtolida hæreſi Manichæorum, è Codice Mſcr. Bibliothecæ Vaticanæ, Græcè & Latinè edita à Matthæo Radero, Auguſtæ tum vivente, Ingolſtadii, 1604.

p. 28.

Num. 38. Canones Apoſtolorum & S. Conciliorum Decreta, Græcè & Latinè edita à M. *Elia Ehingero*, Auguſtano, Wittebergæ, 1614. *Manuſcriptum* vid p. 862. n. 35.

Num. 42. *Philippi Solitarii* Dioptra, id eſt, Regula ſive Amuſſis rei chriſtianæ, è *Bibliothecâ Auguſtanâ*; cum pluribus aliis edidit *Jacobus Pontanus*, Ingolſtadii. An. 1604.

Item, Acta Concilii Conſtantinopolitani œcumenici octavi è Codice Mſcr. Bibliothecæ Auguſtanæ, Græcè & Latinè per Matthæum Raderum, Ingolſtadii 1604.

Num. 44. *Anaſtaſii Sinaitæ*, Patriarchæ Antiocheni, ὁδηγὸς, ſeu Dux viæ, ex *Auguſtanâ Bibliothecâ* Græcè & Latinè edidit *Jacobus Gretſerus*, Ingolſtadii, An. 1616. Vid. p. 21. n. 32.

NB Huic Codici adjunguntur *Themiſtii* ſex orationes, Græcè & Latinè cum Notis editæ à *Georgio Remo*, Auguſtano, Ambergæ, An. 1605. conf. p. 545. n. 16.

p. 29.

Num 52. *Philonis* Judæi opuſcula tria, *primum*, quare quorundam in S. Literis mutata ſint nomina; *ſecundum* de formatione Evæ ex Adami latere, & utriusque lapſu; *tertium* Somniorum Joſephi, Pharaonis, pincernæque ac piſtoris allegorica Expoſitio, ex *Auguſtanâ Bibliothecâ* Græcè edidit *David Hœſchelius*, cum Annotatiunculis, Francofurti, An. 1587.

p. 30 & 31.

Num. 61. *Cyrilli* Epiſcopi Alexandrini de SS. Trinitate, & imprimis de perſonâ Chriſti opuſculum, Græcè & Latinè edidit M. *Johannes Wegelinus*, Auguſtanus, An. 1604.

Num. 65. Homiliæ quædam Sacræ *Baſilii Magni*, *Gregorii Nyſſeni*, *Nazianzeni*, *Chryſoſtomi*, *Cyrilli*, *Germani* in præcipuas Anni ferias, cum fragmento *Cyrilli Alexandrini*, ſtudio & operâ *Davidis Hæſchelii*, Auguſtæ, An. 1587.

Num. 67. *Chryſoſtomi* de Sacerdotio libri vel Sermones ſex, Ejusdem contra Judæos Homiliæ ſex, Græcè & Latinè, operâ ejusdem *Hæſchelii*, Auguſtæ, 1599. & 1602.

p. 34.

Num. 101. *Cæſarii*, Gregorii Nazianzeni Fratris, Quæſtiones Theologicæ & Philoſophicæ, Græcè & Latinè edidit *M. Elias Ehingerus*, Auguſtæ, 1626. vid. p. 23. & 24. n. 14. & p. 862. n. 54

Pluteo tertio.

p. 36.

Num. 18. *Dionyſii Areopagitæ* Theologia Myſtica, Græcè, cum interpretatione *Joh. Saraceni*, *Ambroſii Camaldulenſis*, *Marſilii Ficini*, & Vercellenſ. extractione. *Joh. Eckius* Commentarios adjecit pro Theologia negativa, *Auguſtæ*, 1519. è Typographia *Joh. Milleri*, conf. p. 222. n. 10.

Num. 26. *Lactantii* opera, cum Commentario *Xyſti Betuleii Auguſtani*, Baſileæ, 1563.

p. 46.

Num. 39. *Pauli Riccii*, Judæi olim, poſt Chriſtiani, dicti *Auguſtini*, opus de Agricultura cœleſti, ad Carolum V. Imperatorem & Ferdinandum Regem, *Auguſtæ*, 1541. per Henricum Stayner, *vid. p. 209. n. 4.*

Subſellio tertio,

p. 47.

NUm. 2. *Gregorii Nazianzeni* Sermones aliquot, videlicet in Paſcha &c. *Joh. Oecolampadio* Interprete.

Ejusdem oratio in laudem Martyris Cypriani,

Baronii judicium de eâ legitur in anteced ad Mſcr.

Ejusd. *Joh. Oecolampadii* oratio habita ad clerum Auguſtenſem, de expoſtulatione Chriſti cum Petro, ablutionem pedum recuſante, *Auguſtæ*, ex officina Sigismundi Grimm, Med. D. 1519.

Iterùm *Gregorii Nazianzeni* orationes aliquot, eodem Interprete. Ibid.

NB. Interſeritur Tractatus quidam *Ottonis Brunfelſii* ex variis Patrum teſtimoniis &c.

Petri Moſellani oratio de ratione diſputandi, præſertim in re Theologi â.

Eraſmi ad Petrum Moſellanum Epiſtola, item alia ejusdem ad Lutherum.

Joh. Langi Lembergii oratio habita in fine Diſputationis Joh. Eckii, Andreæ Carolſtadii, & Martini Lutheri, 16. Julii, *Auguſta*, 1519.

NB. Aliquibus iterùm Tractatibus interſperſis.

Thalaſſii Monachi hecatontades quatuor de Charitate, Continentia & Regimine Mentis.

Joh. Oecolampadio Interprete, *Auguſtæ*, 1520.

p. 48.

Num. 7. *Xyſti Betulei Auguſtani*, Concordantiæ Græcæ N. T. Baſileæ, 1546.

p. 49.

Num. 23. *Raderi Matthæi*, Viridarium Sanctorum, *Auguſtæ*, 1604. conf. p. 362. n. 23. & 465. n. 30.

Ejusdem Syntagma de ſtatu morientium, Ibid.

p. 50.

Num. 31. Inter plura habetur *Pauli Riccii* Dialogus in Symbolum Apoſtolicum, *Auguſtæ*, 1514.

32. Oracula Sibyllarum Græcè, ex Editione *Xyſti Betulei*, Baſileæ, 1545.

Subſellio quarto,

p. 60.

NUm. 11. Præter alia exhibentur Liturgiæ S. Baſilii Magni, S. Gregorii Theologi, S. Cyrilli Alexandrini, ex Arabico converſæ à *Victorio Scialach*, Haurenſi Maronita è Monte Libani, *Auguſtæ*, 1604.

NB. Opuſculum hoc iterata vice occurrit p. 177. n. 6. itidem aliis conjunctum.

Num. 12. Decalogi, orationis, Symboli Verſio Saxonica, *Marq. Freheri*, Auguſt. Notis expoſita, 1610, vid. p. 546. n. 17.

p. 62.

Num. 23. Poſt multa adſunt *Georgii Morgenſtern de Ödern*, Decretorum Doctoris, Sermones contra perverſum Mundi ſtatum, quem DEUS & Æquitas naturalis damnat *Auguſtæ*, 1505.

p. 63.

Num. 32. *Sebaſtiani Caſtellionis* Dialogorum S. Libri quatuor, *Auguſtæ*, 1576.

35. Joh. Philonii Dugonis Inſtitutionum chriſtianarum libri quatuor, *Auguſtæ*, 1538.

p. 67.

Num. 64. *Cleophæ Diſtelmair* Icones Sanctorum in ſingulos Anni dies, cum Elogiis, *Auguſtæ*, 1610.

65. Inter alia eſt *Auguſtini* Liber de Geſtis Pelagii, curâ Nobiliſs. *Marci Welſeri*, è Feſulanâ Canonicorum Regularium Bibliothecâ editus primùm *Auguſtæ*, 1611.

NB. Iterarò hunc Libellum edidit, & duobus *Auguſtini* adverſus Julianum libris poſterioribus adjunxit *Claudius Menardus*. Lutetiæ Pariſiorum 1616.

